¶ Tunc ibi. Thus deo. Iſti tres reges (meminere) .i. cogitauerunt (dare) .i. offerre (deo munera) .i. dona .ſ. (aurū thus ⁊ mirraȝ) ⁊ meminere deo offerre (trocleten) .i. arborē rotundā. ꝗ eſt arbor ſic dicta a loco in quo naſcitur. ⁊ habet aureū colorem. ⁊ declinatur ntō hec trocletȝ. gtō huius trocletis (humando) .i. ad humandū ⁊ ſepeliendū. quia mortalis erat. ⁊ meminere offerre (regi decenti) .i. xp̄o regi regū (bracteas criſeas) .i. ianua aurea. quia criſis grece eſt idem quod aurum latine (dum colūt) .i. venerant (vnum) deū et meminere dare (terna) munera (trino) .i. trinitati. q̄ꝛ vnum ſunt pater filius et ſpūſſanctus ¶ Tunc ibi Gloriā trine monadi. Et ergo nos xp̄iani (canamus) .i. perſoluamus (trine monadi) .i. trine vnitati (cum deo) patre (gloriam) .i. carmen leticie. ⁊ canamꝰ (diue genite proli) .i. filio dei gloriam. et canamus (ſancto flamini) .i. ſpiritui ſancto (fuſo) id ē p̄cedenti (ab vtroq3) .i. a patre et filio (fideli corde) .i. ſincera intentione

Thus deo mirram trocleten humando bracteas regi criſeas. dum colunt vnum meminere trino tres dare terna. Gloriam trine monadi canamus cum deo: diue geniteq3 proli. flaminiq3 ſancto ab vtroq3 fuſo corde fideli. Amen

Hoſtis herodes impie chriſtum venire quid times; non aripit mortalia qui regna dat celeſtia Ibant magi (quam viderant) ſtellaȝ ſequentes preuiam. lumen requirūt lumine. deum fatentur munere.

Hoſtis herodes impie. Materia huius hymni eſt ꝯclamatio quam facimus ꝯtra herodem quia audita xp̄i natiuitate amittere regnū timuit. ideo multos pueros interfecit eſtimans ſe etiam xp̄m interficere Intentio autoris eſt tractare de tribus miraculꝭ magnis que in die epyphanie facta ſunt. ſcȝ de trium magoꝝ apparitione ꝑ ſtellam. de aque in vinum tranſmutatōe. ⁊ de xp̄i baptiſmo in iordane. ⁊ etiā de pueris ꝑ herodem interfectȝ. Et nota ꝙ hymnus iſte continuatur ſuperiori ita. q̄ꝛ dixi ꝙ xp̄s natꝰ eſt. et paſſus eſt iacere in feno. vnde herodes de natiuitatē eius turbatus occidit multos pueros timens ne regnū ſuum amitteret. ſed ſtulte fecit. quia ille qui eſt rex regū ⁊ dominus dominantiū non venit vt ei regnum auferet. ſȝ vt totum mundū tantis criminibꝰ inuolutū a peccatis liberaret. ⁊ hoc eſt qd̄ dt (O impie hoſtis herodes quid) .i. cur (times xp̄m venire) q̄ꝛ ipſe (nō aripit mortalia) regna (qui dat celeſtia regna ¶ Tunc ibi Ibant magi (Magi) .i. reges (ibant) q̄ſitum xp̄m ⁊ adorare eū (ſeq̄ntes ſtellā p̄uiā) .i. p̄cedentē (q̄ꝫ viderāt. ⁊ req̄runt lumē) .i. xp̄m (luie) .i. cū ſtella (⁊ fatēt deū munere) .ſ. auro thure ⁊ mirra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

¶ Tunc ibi Lauacri puri (Celeſtis agnus).i.xp̄s (attigit).i.ſuſcepit (lauacra).i.baptiſmum (puri gurgitis) ſcilicꝫ iordanis (⁊ ſuſtulit).i.abſtulit a nobis (abluendo nos ꝑ baptiſmū̄ (pctā̄).i.crimina (q̄) peccata (nō̄ detulit).i.ſecū̄ nō̄ portauit. qꝛ ip̄e mundus erat ab oīm̄ peccato tam actuali q̄ꝫ originali. ¶ Tunc ibi (Nouum genus).i.inauditum opus (potentie) ſcꝫ miraculoꝝ. qꝛ (aque infuſe ydrie rubeſcunt).i. flaueſcunt. qꝫ ꝓ et (⁊ vnda).i. aqua infuſa ydrie (iuſſa).i.precepta (fundere).i.effundere (vinū̄ mutauit origineꝫ).i.naturam ſuā̄. quia ad verbum domini aqua facta eſt vinum

Lauacra puri gurgitis celeſtis agnus attigit. peccata que nō̄ detulit nos abluendo ſuſtulit
Nouum genus potentie aque rubeſcunt ydrie. vinumqꝫ iuſſa fundere mutauit vnda originem

Aue maris ſtella dei mater alma. atqꝫ ſemper virgo felix celi porta Sumens illud aue gabrielis ore. funda nos in pace mutā̄s nomen eue. Solue vincla reis profert lumen cecis. mala noſtra pelle bona cuncta poſce

De maris ſtella

Materia huius hymni eſt de ſalutatione beate ỽginis facta ab angelo ſic dicēte. Aue gratia plena dominus tecū̄ bn̄dicta tu in mulieribꝰ Et cum ip̄a reſpōdiſſet ecce ancilla domini fiat mihi ẜm verbū̄ tuū̄. tunc virtute altiſſimi obumbrata eſt et ſolo ỽbo concepit filium. qui eſt xp̄s dn̄s noſter. Intendit etiam autor ipſam beataꝫ ỽginem mariam inuocare. vt ip̄a nomen eue ꝑ quā̄ mors intrauit mutet. ⁊ vt ſoluat vincula peccatoꝝ noſtroꝝ. ⁊ preſtet nobis vitam eternam et vt nos a peccatis abſolutos mites faciat ⁊ caſtos. Hinc etiam laudare nos hortatur ⁊ glorificare hunc diem. ꝓpter hoc ꝙ euaſimꝰ de dominio dyaboli ꝑ ip̄am. et venimꝰ ꝑ fidem et grā̄m dei ad regna celoꝝ. Et innuit hoc ꝑ ſimile faciendo iſtam ꝯparationem ſicut em̄ ſtella maris preſtat ducatū̄ ipſis nautis. vt veniant ad portū̄. ita ꝑ ducatum ỽginis marie veniemus ad portum.i.ad xp̄m. ⁊ hoc eſt quod dt (O ſtella maris) id eſt mū̄di (aue).i. ſalue (o alma mater).i. ſcā̄ genitrix (dei) et homīs (atqꝫ) pro ⁊ manens (ſemꝑ ỽgo) ſcꝫ ante ꝑtum. in partu. et poſt ꝑtum. et (o felix porta).i. ſancta ianua (celi).i. paradiſi (aue).i. ſalue ¶ Tunc ibi. Sumens illud. Et qꝛ tu (ſumens illud aue).i. illā̄ ſalutationem angelicā̄. que fertur ab (ore gabrielis) illius angeli ſic dicti (funda).i. confirma (nos in pace).i. in eterna beatitudine. tu dico (mutā̄s nomē̄ eue) in aue.i. maledictionē̄ eue in tuā̄ benedictionē̄. ¶ Tūc ibi Solue vincla. Et qꝛ tu virgo dicta es ſtella maris. et qꝛ mutaſti nomen eue.i.ma-

ledictionẽ eue deleuiſti. ⁊ impetraſti nobis benedictionẽ. ⁊ ꝯfudiſti mor-
tem tribuens nobis vitã ꝑpetuã. ideo (ſolue vincula). i. ligamina pecca-
torum (reis). i. peccatoribꝰ (profer). i. tribue (lumen cecis). i. infidelibus
et (pelle). i. remoue a nob (mala noſtra) id eſt pctã noſtra. et (poſce) id ẽ
poſtula a filio tuo (cuncta bona) ¶ Tunc ibi. Monſtra te. O ma-
ria (mõſtra). i. oñde (te
eſſe matrem (ſcꝫ placan
do filium tuum. ⁊ filius
tuus (ſumat preces). i.
depcationes noſtras (ꝑ
te. qui) filius (natus ex
te) virgine maria (ꝓ no-
bis) miſeris peccatoribꝰ
(tulit). i. ſuſtinuit (eſſe
tuus) filius

¶ Tunc ibi Virgo
ſingularis. Et quia ſuſti-
nuit eſſe filius tuus ideo
(o v̓go ſingularis) quia
nulla eſt tibi ſimilis quia
fuiſti virgo ante partum
virgo in partu. et virgo
poſt ꝑtum (mitis inter
omnes) alias mulieres
et o virgo caſtitatis ma-
ter (fac nos ſolutos) ſcꝫ
a culpis. et fac nos (mi-
tes). i. manſuetos (⁊ ca-
ſtos (ſcꝫ in corpore et in
anima ſimul.

Monſtra te eſſe matrẽ · ſumat per te
precem. qui ꝓ nobis natus tulit eſſe
tuus Virgo ſingularis inter omñes
mitis nos culpis ſolutos mites fac et
caſtos Vitam preſta puraꝫ. iter pa
ra tutũ. vt videntes iheſum ſemꝑ col-
letemur. Sit laus deo patri. ſum-
mo xp̄o decus. ſpiritui ſancto trinus
honor ⁊ vnus: Amen

Uem terra pontus ethera co-
lunt adorant predicant trinam
regentem machinam clauſtruꝫ marie
baiulat

¶ Tunc ibi. Vitam preſta. Et q: es mater caſtitatis et ſuauita-
tis o virgo (preſta). i. dona (vitam puram) nob. ⁊ (para). i. tribue (iter
tutum). i. viam ſecurã (vt nos videntes ihm) filium tuũ (colletemur)
id eſt ſimul gaudeamus (ſemꝑ). i. in preſenti ei laudes ꝑſoluentes. et in
futuro eum plenius cognoſcentes gaudeamus ⁊ exultemus cũ dño no
ſtro filio tuo ¶ Tunc ibi. Sit laus Et q: deſcendit dñs deus noſter
in vterum virginis. ideo (laus). i. gloria (ſit deo patri. ⁊ decus). i. reue-
rentia ſit (ſummo xp̄o). i. excelſo filio dei. ⁊ (ſpiritui ſancto ſit honor tri
nus) in ꝑſonis (⁊ vnus) in eſſentia. Amen

Quem terra. Metrum in hoc hymno eſt idem quod in illo hymno
Nocte ſurgentes. Intentio huius hymni eſt. ꝙ autor vult oñde
re hoc (qđ ꝓphete de xp̄o nunciauerunt) in genitrice dei maria eſſe cõ-
pletum. oñdit ſimiliter q̄liter clauſtrum marie baiulauit xp̄m. Et nota
ꝙ deus fecit hominẽ de limo terre ⁊ poſuit eũ in paradiſo voluptatis. et
ꝓhibuit ei ne comederet de ligno vite. qđ erat in medio paradiſi. ſed dy-
abolo ſuadente eue. ⁊ eua poſtmodũ ſiłr ſuadente ade ambo comeden-

tes de ligno vetito dyabolo placentes mortaliter peccauerũt. ⁊ poſt peccatum tante tranſgreſſionis de ꝑadiſo terreſtri a dño eiecti ſe nudos eẽ cognouerũt. Videns ergo deus ꝙ aliter non poſſet redimere genus humanũ niſi ꝑ feminã. vnde ⁊ in vterum virginis deſcendit humanũ corpus aſſumens. ⁊ ita ſumus redempti ⁊ a peccato liberati ꝑ feminaȝ. vnde et ipſi grates reddere tenemur. Dictũ eſt etiã ſupra. ꝙ maria ſtella maris eſt mater dei. ⁊ quem celum et terra capere nõ poterant in gremio ſuo portabat ¶ Cõſtrue (clauſtrũ) .i. venter beate virginis (marie baiulat) .i. portat illum deuȝ (regentẽ) .i. gubernantẽ (trinam machinam) mũdi ſcȝ celũ terrã ⁊ mare. vel trinam machinaȝ anime. ſcȝ ꝯcupiſcibilitatem. rationabilitatem et ſenſualitatẽ (quẽ) deum (terra) .i. boni homines (pontus) .i. mali hoĩes (ethera) .i. celeſtes creature (colunt) .i. honorãt (adorant) .i. ꝯmendant (predicant) .i. publicant ſiue denunciãt. ¶ Tunc ibi. Cui luna. Dico ꝙ celum .i. celeſtes creature. terra .i. terreni. ⁊ om̃ia ſiue celeſtia ſiue terreſtria laudãt et adorant illum quẽ celum ⁊ terra capere non poterant. ⁊ vere qꝛ (viſcera puelle) .ſ. virginis marie (ꝑfuſa) .i. repleta (gratia celi) .i. de rore celeſti (geſtant) id eſt portãt s. xp̃m deum (cui) xp̃o (luna) .i. variatio lune (ſol) in curſu ſuo (⁊ oĩa) entia (deſeruiunt) .i. famulant̃ (ꝑ tp̃a) .i. temporaliter

¶ Tunc ibi. Beata mater. Et qꝛ portauit xp̃m poſſumus dicere ꝙ eſt (btã mater munere) .i. dono filij (ſub cuius) matris (archa vẽtris id eſt vteri (ſuꝑnus artifex) .i. ſummus creator (ꝯtinens mundũ) vniuerſum (pugillo) .i. ſub ſua poteſtate (clauſus eſt) .i. portatꝰ ¶ Nũc ibi Beata celi. Et qꝛ ſuꝑnus artifex clauſus eſt ſub archa ventris virginis marie poſſumus bñ dicere. ꝙ virgo maria ſit (beata) .i. ſancta (nuncio celi) .i. angelica ſalutatione. ⁊ eſt (fecunda) .i. impregnata (ſctõ ſpiritu (ꝑ cuius) s. virginis (aluum) .i. vteruȝ (fuſus eſt) .i. natus eſt ille ꝗ fuit (deſideratus) a cunctis (gentibꝰ) id eſt populis.

Cui luna ſol ⁊ omnia deſeruiunt per tempora perfuſa celi gratia geſtãt puelle viſcera

Beata mater munere. cuiꝰ ſupernus artifex mundũ pugillo continens ventris ſub archa clauſus eſt

Beata celi nuncio fecũda ſancto ſpiritu deſideratus gentibus. cuius per aluũ fuſus eſt.

Glorioſa domina excelſa ſuꝑ ſidera. qui te creauit prouide lactaſti ſacro vbere

Glorioſa dña) Materia huiꝰ hymni eſt. ꝙ maria peperit ſaluatorẽ Et qꝛ deus contulit ei tantam grãm ꝙ ſaluatoreȝ pareret. ⁊c. facit autor apoſtropham .i. conuerſationẽ ad deum. ⁊ qꝛ deus contulit ei tan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

tam grām ꝙ peperit ſaluotorem. conuertit ſermonē ſuū ad ipſam oſten
dendo eam eſſe glorioſam dicēs (O glorioſa domina) .id ē. o ſponſa dñi
noſtri (excelſa) id eſt eleuata (ſup ſidera) .i. ſuper omnes celos. tu (lacta
ſti ſacro vbere) id eſt ex ſcō pectore illū (qui te creauit prouide) .i. ſua eter-
na prouidentia ❡ Tunc ibi. Quod eua (Tu reddis) .i. reſtituis (al-
mo germine) .i. p ſcm fi-
lium tuū sᶜ illud .i. para
diſum (quod eua) expñs
(triſtis) id eſt doloroſa.
(abſtulit) a nobis (et es
facta feneſtra celi) .i. xp̄i
(vt flebiles) id eſt homi-
nes deflētes pctā ſua (in
trent aſtra) .i. celos
❡ Tunc ibi. Tu regis
Dico ꝙ homines deflen-
tes peccata ſua intrēt ce-
los. et vere quia tu facta
es (ianua) .i. oſtium (al-
ti regis) .i. xp̄i. ⁊ tu facta
(fulgida porta) .i. ſplen-
dida ianua (lucis) .i. xp̄i
qui eſt vera lux que illu-
minat omnē hominē ve
nientē in hunc mundū
et o (gentes redempte)
ſcꝫ a criſto (plaudite) id ē
gaudete (vitam datam
eſſe per virginē) mariam

Quod eua triſtis abſtulit tu reddis
almo germine intrent vt aſtra flebiles
celi feneſtra facta es.

Tu regꝭ alti ianua. tu porta lucis ful-
gida vitam datam per virginem gen-
tes redempte plaudite

Quod chorus vatum veneran-
dus olim ſpiritu ſancto cecinit
repletus in dei factum genitrice ꝯſtat
eſſe maria. Hec deum celi dominum
qꝫ terre virgo concepit peperitqꝫ vir-
go: atqꝫ poſtpartum meruit manere
inuiolata

Quod chorus vatum. In hoc hymno agit autor de natiuitate xp̄i
et q̄liter debet eſſe ꝯpletum in maria quod ꝓphete p̄dixerunt. quia
maria cōcepit ⁊ peperit filium. et ſymeon gauiſus ſuſcepit eum in tem-
plo. Dicimus ergo. ꝙ ꝓphete ſenſerunt de aduentu ⁊ natiuitate chriſti
Dicit em̄ Eſaias In medio duū aīaliū cognoſceris .i. inter bouē et aſi-
num. ⁊ alibi Egrediet̄ virga de radice yeſſe. et Abbacuc ſentiēs de xp̄i
aduentu ſiī ait. In medio duum animaliū ⁊c. Et multi alij ꝓphete an
nunciauerūt ⁊ ꝓphetauerūt de xp̄o. hoc totum cōpletū eſt in maria. qꝛ
xp̄s conceptus. natus. baptiſatus. crucifixus. ⁊ in templo p̄ntatus. ⁊ a iuſ
to ſymeone ⁊ ab anna vidua ſuſceptus eſt. Unde a perſonis illis q̄ dño
obuiauerūt iſtud feſtū (in quo iſte hymnus cantat̄) hypapanti dm̄ dicit̄
id eſt obuiatio dm̄. ❡ Cōſtrue. sᶜ illud (ꝯſtat eſſe factum) .i. impletum
(in maria genitrice dei) .i. matre xp̄i (qd̄ venerandus chorus) .i. hono-
rabilis ꝯgregatio (vatū) .i. ꝓphetaꝝ (repletus) .i. plenus (ſpiritu ſcō ce
cinit) .i. ꝓphetauit (olim) .i. dudū. ❡ Tunc ibi. Hec deū celi. ⁊c. Et
vere conſtat eſſe factū qd̄ prophete cecinerūt. qꝛ beata virgo concepit de

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

minũ) id ē chriſtũ deum celi et terre(et virgo) ſcz maria(peperit illum quem geſſit) id eſt portauit(atqz) pro et(meruit) ſupple dicta vgo maria(inuiolata manere) id eſt manſit incorrupta poſt partum. ¶ Tũc ibi(Quem ſenex. Quem) id eſt chriſtum(ſymeon iuſtus ⁊ ſenex) id ē annoſus ſymeon ſacerdos(ſumpſit) id eſt ſuſcepit(in vlnis) id eſt in brachijs ſuis(in domo) id ē in tẽplo(domini) ſupple ſymeon eſt (gauiſus) id eſt letatꝰ(videre) .i. aſpicere (xp̄m ſuo ꝓprio lumie).i. ꝓprijs oculis (qđ optauit) id eſt deſiderauit per multa tempora. ¶ Tunc ibi.(Tu libens votis) O tu (genitrix) id eſt mater(eterni regis) ſcz chriſti qui caret principio ⁊ fine te (petimus faueto) id eſt ꝯcede(votis precãtum) id eſt precibus famulorum (libens) id eſt libenter(⁊ tu renitens) id eſt ſplendens(petiſti) ꝑ accepiſti (clara regna olimphi celſi) id eſt alta celi ¶ Tũc ibi(Sit deo) decꝰ et poteſtas. (ſit deo noſtro perpes ſalus) id ē perpetua gloria (et perhẽnis honor ſit) deo noſtro(qui) ſcz deus (reſidet in ſumma arce poli) id eſt in altitudine celi(trinus) impſonis(et vnus) in ſubſtantia

Quem ſenex iuſtus ſymeon in vlnis in domo ſumpſit domini gauiſus hoc quod optauit proprio videre lumine chriſtum: Tu libens votis petimus precantum regis eterni genitrix faueto claraqz celſi renitens olimphi regna petiſti. Sit deo noſtro decus ⁊ poteſtas. ſit ſalus perpes ſit honor perhennis. qui poli ſumma reſidet in arce trinus ⁊ vnus Amen

Quaz gloriſica luce choruſcãs ſtirpis dauidice regia ꝓles ſublimis reſidens virgo maria ſupra celigenas etheris omnes

Quã glorifica) Hoc metrum eſt tetrametrũ Sunt aũt hic quatuor verſus. ⁊ in vno quoqz eoꝝ ſunt quatuor pedes. quorũ primus eſt ſpondeus. ſecũdus iambus. tercius dactilus. quartus eſt ſpondeus ſiue trocheus. Materia huius hymni eſt duplex commendatio ipſius marie. tam a progenie ꝙ͞ʒ a meritis Commendatio a progenie eſt. quia ipſa eſt de regia ſtirpe. ſcz de ſtirpe dauid. Cõmendatio autez a meritis eſt quia ipſa peperit chriſtum ſaluatorem noſtrum. Cantatur autem hymnus iſte in tranſitu ſiue obitu beate marie virginis. qualiter ſcz trãſiuit de hoc mũdo ad regnũ celoꝝ an ſolum amittendo ſpiritũ vel vtrum aſſumpta fuit cum corpore. de quo dubiuz eſt. ſed tamen meliꝰ eſt vt credamus eam aſſumptam eſſe a patre cũ corpore. O regia proles ſtirpis dauidice. o maria que es ramus ipſius dauid. Ipſe enim fuit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

quercus a qua rami procedunt. ⁊ tu es ramus ſtirps et proles qui termi ni ponuntur pro eodem ſed non idez ſignificant. Eſt em̄ proles qd ali unde habet iniciū. Stirps idem eſt q truncus a quo ram⁹ velut a patre fili⁹ pcedit. O(q̄ꝫ) .i. quantū (glorifica luce) id ē glorioſa (choruſcans) id eſt ſplendida parens. o maria tu dico (ſublimis) id eſt ſtans in ſublimi. ſ. in celo (tu reſidēs) id eſt ſedēs ſuper omnes angelos (etheris celigenas) id eſt genitas in celo. quia in celo fuerūt creati angeli a deo.

¶ Tunc ibi (Tu cum virgineo) O maria ſc existens (mater cum virgineo honore) ideſt pmanens vgo (caſta paraſti aulam pectoris) id eſt pectus tuū (domino angelorum) et ideo (hinc) id eſt ex illis (viſceribus ſacris natus eſt chriſtus deus) id eſt dignatus ē naſci (corpore) .i. quātum ad corp⁹. quia humanitatem ſumpſit a te.

¶ Nunc ibi (Quem cūctis (Quem venerās orbis adorat) id eſt quez omnes homines venerātur (cui) id ē ad cui⁹ honorem (omne genu flectitur) id eſt oēs homines flectunt genua. a quo ſcz chriſto nos (petimus gaudia lucis) ſcz eterne (te ſubueniente) id eſt auxiliāte (abiectis tenebris) .i. peccatꝫ remotis a nobis ¶ Tunc ibi (Hoc largire.) Superius fecit autor preces ad beatam mariam virginem. ſed hic facit preces ad deum patrem. vt ipſe dignetur nobis dare que promiſſa ſunt dicens. O (pater luminis omnis) .i. origo ⁊ factor totius claritatis (largire) .i. donare nobis (hec) .ſ. gaudia lucis. ⁊ largire inquam hoc (per proprium natum) id eſt amore filij tui. ⁊ (ſacro flamine) id eſt amore ſpiritusſancti (qui ſupple fili⁹ tuus (viuit tecū in nitida) id ē munda (ethera) id eſt in celo (regnās) id eſt gubernans (ac moderans ſecula ⸗cuncta) .i. omnes gentes in hoc ſeculo exiſtentes.

Tu cum virgineo mater honore angelorū domino pectoris aulam ſacris viſcerib⁹ caſta paraſti: natus hinc de⁹ eſt corpore xp̄s Quē cunct⁹ venerās orbis adorat. cui genu flectit oē a te petimus ſubueniente abiectis tenebris gaudia lucis Hoc largire pater luminis omnis natum per proprium flamine ſacro qui tecuꝫ nitida viuit in ethera regnans ac moderans ſecula cuncta. Amen

Artyris ecce dies agathe virginis emicat eximie. qua chriſt⁹ eam ſociat. et dyadema duplex eam decorat

Artyris ecce dies) Hunc hymnum Prudentius in honore ſancte agate compoſuit. in quo laudat deum q tantam cōſtantiam ꝯtulit virgini agathe ⁊c. ¶ Cōſtrue (Ecce) id eſt videre (dies

agathe martyris eximie) id eſt magne virginis (emicat) .i. valde ſplēdet (qua) ſcʒ die (christus ſociat) id eſt coniungit eam ſibi (et dyadema) id ē duplex corona. ſcʒ martyrij et caſtitatis (decorat) id eſt honorat eam

¶ Tunc ibi (Stirpe decens (decens) id eſt nobiles (ſtirpe) ſupple fuit progenie (elegans ſpecie) .i. pulcra facie (ſed magis) s^c eſt pulchra (actibus atqʒ fide) id eſt bonis operib⁹ fidei (atqʒ pro et (nil reputans) .i. eſtimans (proſpera terrea) id eſt terrenoꝝ proſperitatem. et (ligans) id eſt retinens (ſibi corde) .i. in mente (iuſſa dei) id ē precepta dei.

Stirpe decens elegans ſpecie. ſʒ magis actibus atqʒ fide terrea proſpera nil reputās. iuſſa dei ſibi corde ligans

Fortior hec trucibuſqʒ viris expoſuit ſua membra flagris pectore · quā fuit valido : torta mamilla hoc docet patulo.

Delicie cui carcer erat paſtor ouem petrus hanc recreat. inde gauiſa magiſqʒ flagrans cuncta flagella cucurrit ouans

Ethinca turba rogum fugiens huius et ipſa meretur opem. quos fidei titulus decorat his venerem magis quos premat

¶ Tunc ibi. (Fortior hec (Hec. ſ. agatha) fortior viris trucibus) .i. crudelib⁹ (expoſuit ſua mēbra) id eſt dedit (flagris) id eſt verberib⁹ et flagellis (mamilla torta) ſcʒ a tortorib⁹ vexata (docet) id eſt manifeſtat (patulo) id eſt aperte (quā) id eſt quātū ipſa agatha (fuit valido pectore) id ē forti mente et corpore

¶ Tunc ibi (Delicie cui (cui) ſcʒ agathe (carcer erat delicie) id eſt pro delicijs vel loco deliciarū (paſtor petrus ouem) id eſt agathā (recreat) id ē conſolat̄. et (inde gauiſa) id eſt letata (et magis flagrans) id eſt ardens in amore dei (cucurrit) id eſt libenter ſuſtinuit (cuncta flagella) id eſt tormenta (ouans) id eſt gaudens

¶ Tunc ibi (Ethnica turba rogum (Ethnica turba) id eſt gentilis vel pagana que iuxta montē ethnam habitauit (fugiens rogum) id eſt combuſtionē. quia mons ethna ſemper ardet. ſupple illa turba (meretur opem) id eſt auxilium ipſi⁹ agathe. vt ergo deus (magis premat) id eſt reſtringat (venerem) id ē luxuriam (his) id eſt illis hominibus ibidē habitātib⁹ (quos) ſupple homines (titulus) id ē honor vel ſignuʒ fidei (decorat) id eſt honorat Et nota ꝙ quodam tempore mons ethna cepit tantum ardere vt multum periclitauit ciuitatē cathaginenſium et ideo pagani venerūt ad ſepulcrū ſancti agathe et acceperunt velum in quo erat inuoluta et proiecerunt in ignem. et ſtatim ignis extinctus eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Tunc ibi (Jam renitens) Tu qui es ſtella (renitens) id eſt ſplen-dens (polo) id eſt in celo (quaſi iponſa) ſcȝ chriſti (ſupplica) id eſt aduo-ca (domino pro miſeris) id eſt pro peccatoribus (vt faciat coli) id eſt ce-lebrari (ſua feſta) id eſt ſu as ſolemnitates (vt faueat) id ē det auxilium (celebrantib⁹ ſe) ſcȝ feſta deuote ¶ Tunc ibi. (Gloria cum) Gloria et laus ſit genito) .i. filio cum patre ſpiritui ſacro) id eſt ſancto (ꝓuide) .i. etiā vide (qui de⁹ eſt om-nipotens faciat hāc) ſcilȝ agatā (memorē noſtri) id eſt ꝙ agata ſit memor illis qui habent memori-am ſui Amen

Xriſte ſanctorum) In h hymno agit autor de vita et habitu ſancti benedicti. ⁊ de mi-raculis eius. ſcȝ de capiſ-terio fracto in puericia ſua ⁊ iterū ſanato ⁊c. In-tendit etiam rogare deuȝ vt noſtra vota benigne ſuſcipiat et noſtra pecca-ta expellat. ⁊ fauorem ſu-um tribuat et gratiā ſuā ꝯcedat meritis ſancti be-nedicti. O tu (chriſte de-cus) id eſt honor (ſancto-rum atqȝ) ꝑ et s^e qui eſt (virtus) qꝛ ꝑ te virtuo-ſi ſunt (⁊ vita) quia ꝑ te viuūt (⁊ forma) qꝛ te imi-tari debent. vnde dixiſti Ego ſum via veritas et vita. (via) quia per te eunt ad patrem (lux) qꝛ per te illuminant̄ (⁊ au-tor qꝛ es dominus ſanctitatis. ⁊ tu qui es talis ſcȝ ita (clemens) id eſt pi-us vel misericors (ſuſcipe) id eſt accipe (vota ſupplicum) id eſt p̄ces ſup-plicantium. et (pariter hymnum) id eſt canticū laudis ¶ Tunc ibi (Qui tuū o tu (qui attrahens) s^e fuiſti (dudū) .i. olim (tuū benedictuȝ ad te. ſegregaſti mire) .i. mirabiliter (mūdo) .i. a mūdo. ⁊ hoc ideo (vt diſ-cēs reprobare) .i. ſpernere (probra mūdi) .i. peccata (⁊ ſequent̄ te) qꝛ dix-iſti qui ſequit̄ me nō ambulat in tenebris ſed habebit lucem vite

¶ Tunc ibi (Cuius deuotū animū) deuotū animū) id eſt religioſum

Jam renitens quaſi ſponſa polo pro miſeris ſupplica domino ſic ſua feſta coli faciat ſe celebrantibus vt faueat

Gloria cum patri ſit genito ſpiritui prouide ſacro. qui deus vnus eſt om-nipotens hanc noſtri faciat memorez Amen

Xriſte ſanctorum decus atqȝ virtus. vita ⁊ forma via lux et autor ſupplicum vota pariterqȝ hym-num ſuſcipe clemens

Qui tuum dudum benedictuȝ ad te attrahens mire ſegregaſti mundo. vt probra mundi reprobare diſcens te ſe-quentur

Cuius deuotum animum pueri gra-tia preſtans fidei valere qua valens mira precibus peregit mente fideli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

(cuiꝰ pueri).i.benedicti(gr̄a fidei) ſupple xp̄iane.de qua plenꝰ erat ſanctus benedictus(preſtās valere).i.poſſe(qua) gratia fidei sᶜ benedictꝰ. (valens ꝑegit mira).i. miracula(precibus).i.orōnibus(mente fideli) .i.cum firma ſpe.vt in libro dyalogoꝝ poteſt inueniri. ¶ Tunc ibi. De hinc extendēs(Dehinc).i.deinde sᶜ benedictus(extēdens pedem) .i.viā (in remotis locis) ſcꝫ in heremo (malēs).i. malis voleus(artus) id eſt mēbra (iuuenilis corporis cruciari).i.puniri et quare quia ipſe erat. (ardens) id eſt feruens (caſto amore).ſ. dei(ſcā deus) id eſt aſcendens. (ardua) id eſt ad excelſa q̇a quotidie ambulabat de virtute in virtutē ſꝑ altiora petendo ¶ Tunc ibi. Gloriam patri ꝛc.

De hinc extendens pedē in remotis ardua ſcandens. cruciari malens corporis artus iuuenilis ardens amore caſto Gloriam patri reſonemus omnes. et tibi compar vtriuſqꝫ ſemꝑ ſpiritus alme vnus deus omni tempore ſeculi

Imbuit poſt hinc homines beatos regulis artis animos retūdi: et iugo ſemper domini poloꝝ ſubdere colla.

Ex quibꝰ maurus ſedulꝰ miniſter obſequens patri: latice leuatum gurgite fontis puerum retractum. Huius o criſte meritis precamur vt arceas irā tribuas fauorem. gratiam preſtās veniāqꝫ nobis mitis ad omnes

Omnes reſonemus) id eſt perſoluamꝰ (gloriaꝫ) id eſt laudem(patri) ꝛ o (alme ſpiritus).i.o ſancte ſpūs qui es(compar) id eſt equalis (vtriuſqꝫ) ſcꝫ patris et filij exiſtens (vnꝰ deus) cū eis (omni tempore ſeculi).i.in eternum (reſonemus tibi gloriam).i.laudem. Tunc ibi. Imbuit poſt hinc. ꝛc. ſpᶜ benedictus (imbuit).i.docuit vel repleuit(poſt hinc).i.deinde (beatos homines) id eſt bonos homines(artis regulis) id eſt ſtrictis obſeruantijs(retūdi) id eſt refrenari (animos) ſuꝑbos ꝛ docuit (ſubdere colla) mentis ſemꝑ iugo) id eſt precepto (domini polorum) celorum ¶ Tunc ibi. Ex quibus ꝛc. (Ex quibus) ſupple ſanctis hominibus ſanctꝰ(maurꝰ fuit (ſedulus) id eſt aſſiduꝰ miniſter) ſcꝫ ſancti benedicti (obſequēs) id eſt obediens(patri) ſcꝫ benedicto(traxit puerum) ſcꝫ ſubmerſum.puerum dico (retractū) id eſt attractum(gurgite fontis)leuatū.i.eleuatum(latice) id eſt ex aqua equoris. ¶ Tunc ibi. Huius o chriſte (O criſte precamur) id eſt nos rogamus (meritis) id eſt ꝑ merita (huius) ſcꝫ ſancti benedicti (vt arceas) id eſt repellas a nobis(iram) id ē iracundiam.et(tribuas fauorem) id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

eſt auxilium (preſtans gratiam) virtutum (et veniam) peccatorū exiſtens (nobis) peccatoribus (mitis) .i. ſuauis reſpiciendo (ad omnes) sc̄ homines ¶ Tunc ibi. Prebe oramus (O alme deus) exiſtens (rector id eſt gubernator (oramus) id eſt deprecamur. et ideo (prebe) id eſt cōcede nobis (vt fides noſtra reſiſtat vicijs) id eſt peccatis (atqꝫ miniſtret id eſt ſeruiat (ſtudijs virtutū puro pectore) .i. mundo corde

Prebe oramus deus alme rector. Vt fides noſtra vicijs reſiſtat. atqꝫ virtutum miniſtret ſtudijs pectore puro.
Gloriam patri reſonemus ⁊c.

Iam chriſte ſol iuſticie noctis recedant tenebre. nunc mētis eat cecitas: virtutum et lux redeat
Da tempus acceptabile. et penitens cor tribue ne nos vacuos tranſeat hoc quod benigne prerogas.
Quiddāqꝫ penitētie da ferre licꝫ grādium maiori tuo munere: quod demptio ſit criminū
Dies venit dies tua in qua reflorent omnia letemur in hac vt per tuam per hanc reducti gratiā

Iam xp̄e In hoc hymno rogat autor deum. vt in hoc ſacro tempore tribuat nobis cor penitens et quos longanimitate pietatis expectat ſua benignitate ad ſe conuertat. et hoc eſt quod dicit. (O criſte ſol iuſticie) id eſt ſplendor pietatis (tenebre noctis) id eſt peccata noſtra (recedant nunc et cecitas mentis eat) id eſt recedat (nūc) id eſt in pn̄ti tp̄e (⁊ lux virtutuꝫ) id eſt virtutes bonorum operum (redeat) id eſt reuertant.

¶ Tunc ibi. Da tempus. O chriſte (da tempus. acceptabile) .i. congruum ad penitentiam. q̇a ante chriſti paſſionem. ſcꝫ in veteri teſtamento nouerat tale tp̄s qr ocul⁹ ꝓ oculo ⁊ dens ꝓ dente dabat̄. modo āt nō ē ſic (et tribue) nobis (cor penitēs. ne) ꝓ vt nō (vt hoc nō trāſeat) .i. nō p̄tereat (nos) pctōres vacuos) v̄tutib⁹ (qd̉ p̄rogas) .i. interpellas apud deū patrē (benigne) .i. miſericordit̄. Tūc ibi Quiddāqꝫ ⁊c. O xp̄e da (q̇ddā) .i. paululū (penitētie ferre) .i. pati (nobis) pctōrib⁹ (qd̉) .i. ꝓpt̄ quā penitentiā (dēptio) .i. ablutio (criminum) .i. pctōꝝ (ſit licet) ꝓ q̄uis (grandiū) .i. magnorū pctōꝝ. et hoc (tuo munere) maiori omībus criminib⁹. ¶ Tūc ibi Dies venit. Uere debes dare penitētiā. qr iudicij dies vel paſchalis feſtiuitas venit. qr nos ſum⁹ in q̄s fines ſeculoꝝ deuenerūt (Dies) ſcꝫ paſchalis (venit) .i. appropinquat (dies dico tua. in q̄) sc̄ die (oīa) .ſ. mētes hoīm (reflorent) .i. micāt v̄tutib⁹. ideo (letemur) .i. gaudeam⁹ (in hac) die ſolem

ni(vt reducti).i.ſicut redempti ſumꝰ(⁊ hanc tuā grām) quia gratis re
demiſti nos a dyabolica poteſtate.et ſaluaſti nos a peccatis noſtris. ⁊c.

¶ Tunc ibi. Te rerum. Et ideo(o clemens trinitas)in perſonis et
vnitas in eſſentia (vniuerſitas rerum).i.vniuerſa creatura(adoret te.⁊
nos) qui facti ſumꝰ(noui per veniā).i.per tuam gratiam(canamꝰ).i.
decantemus(canticum nouū).i.iubiliū Jubilus em̄ eſt quod nec mēte
concipi . nec voce exꝑmi
poteſt ¶ Tunc ibi
(Preſta beata trinitas)
(O beata trinitas) in ꝑ
ſonis(preſta).i.dona(⁊
o ſimplex vnitas)ſcilꝫ in
eſſentia(concede).i. tri-
bue nobis. (vt munera
ieiunioꝝ).i. abſtinentia
rū noſtraꝝ(ſint fructuo-
ſa).i.fructus bonos ferē-
tia(tuis) ſupple fidelibꝰ.
Udi benigne ⁊c.
Materia hymni
huius eſt ꝯmendatio ie-
iunij. et hortat̄ nos ieiu-
nare et deo ſeruire. ⁊ in h̄
tꝑe ieiunij in orōnibꝰ plꝰ
q̄ꝫ in alijs tꝑibus inſiſtere
debemus. vt in die iudi-
cij vitam habeamꝰ eter-
nam . et hoc eſt quod d̊t.
(O benigne conditor).i.
creator omniū rerū (au-
di preces noſtras cū lau-
dibus).i. cum hymnis
preces dico(fuſas).i.cf-
fuſas(in hoc ſacro q̄dra-
genario ieiunio).i.in nu
mero q̄draginta dierum
in quibus digne ieiunare
debemus

Te rerum vniuerſitas clemens ado-
ret trinitas. et nos noui per veniam
nouum canamus canticum

Preſta beata trinitas. concede ſim-
plex vnitas. vt fructuoſa ſint tuis ieiu
niorum munera

Udi benigne cōditor noſtras
preces cum laudibus in hoc ſa
cro ieiunio fuſas quadragenario

Scrutator alme cordium. infirma tu
ſcis viriū. ad te reuerſis exhibe remiſ
ſionis gratiam

Multū quidem peccauimꝰ. ſed par-
ce confitentibus. ad laudem tui nomi
nis cōfer medelam languidis

Sic corpꝰ extra conteri dono per ab-
ſtinentiam. ieiunet vt mens ſobria a
labe prorſus criminum.

¶ Tūc ibi. Scrutator. Et qꝛ fundimus preces(o alme ſcrutator)
.i.inquiſitor (cordium) noſtroꝝ.bene dico ſcutator qꝛ(tu ſis).i.cognoſ-
cis(infirma viriū) ideo(exhibe).i.dona (reuerſis ad te).i.penitētibꝰ(re
miſſionis grām) ¶ Tunc ibi Multū quidē(nos peccauimus quidez
multū.ſed parce confitentibus) pctā ſua(⁊ confer languidis).i.pctōribꝰ
(medelam).i.remiſſionē(ad laudē tui nois) ¶ Tūc ibi Sic corpus.Et
ꝯferēdo ſic medicinā(dona corpꝰ ꝯteri).i.caſtigari (extra ꝑ abſtinētiaꝫ)
et dona(vt ſobria mens ieiunet prorſus).i.oino(a labe criminū).i.pctōꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Expoſicio hymnorũ

Ecce nũc tp̄s In hoc hymno hortat̃ nos autoꝛ vt ab omni pecca-
to abſtineamus. ⁊ rogemus deum cũ lachꝛymis ⁊ precib⁹ vt ipſe re
mittat nobis peccata noſtra. et nos mundet ab omni vicio in tp̄e huius
ieiunij. quia xp̄s pius eſt ⁊ miſericoꝛs. et hoc eſt qḋ dicit. O fratres (ecce
tempus ydoneũ) .i. ꝯgruum ad peccata remittendũ qḋ temp⁹ eſt (me-
dicina peccaminũ) .i. pec
catoꝝ (quibus) s^c^ pecca
tis (offendimus deũ coꝛ-
de) .i. vana cogitatione
(verbis) id ē iniquis ſer-
monibus ⁊ turpiloquijs
(operib⁹) .i. pꝛauis et illi
citis actibus.
¶ Tunc ibi Qui pius) Dico ꝙ verbo et opere
deum offendimus qui .ſ.
deus exiſtēs (pius ⁊ ꝓpi
cius) .i. miſericoꝛs (pepꝑ-
cit nobis hactenus) id ē
hucuſqꝫ. ne ꝫm mala nr̄a
opera (nos pariter cum
noſtris tantis iniquitati-
bus ꝑderet) .i. ꝯdemna-
ret. ſed ita pepꝑcit nobis vt
mediante paterno aux-
ilio ad chꝛiſtũ veniamus
et ammodo in bonis opi
bus ꝑſeueremus.
¶ Tunc ibi Hunc igit̃ Et quia pepercit nobis
miſericoꝛdiť ergo (place-
mus) .i. placatum nobis
faciam⁹ (hunc) ſcꝫ deuꝫ
et quō (ieiunijs) .i. cum
abſtinentia cibi et potus
et (cuꝫ precib⁹) .i. cũ oꝛō
nibus aſſiduis. quia ipſe
ait. Petiie et accipietis et alibi dicit. Amen amen dico vobis. quidquid
oꝛantes petieritis. credite et fiet vobis. ¶ Tunc ibi. Ut nos). Dixi
ꝙ placemus eum deuotiſſime. vt ipſe purgans nos a cunctis ſoꝛdibus ⁊
peccatis oꝛnet nos virtutibus. et faciat nos perſeuerare in eis. et ꝙ (iun
gat nos angelicis cetibus in celeſtibus) id eſt in regno celoꝛum.
Tunc ibi. Sit benedict⁹ ⁊c. (Genitoꝛ) id eſt deus pater (ſit benedictus
et eius vnigenitus) id eſt xp̄s q̇ eſt filius dei (cum ſpiritu paraclito) id
eſt conſolatoꝛe (in ſempiterna ſecula) Amen

Ecce nunc tempus ydoneum
medicina peccaminum quib⁹
deũ offendim⁹ coꝛde verbis operib⁹.
Qui pius et ꝓpicius nobis pepercit
hactenus. ne nos cum noſtris perde-
ret tantis iniquitatibus
Hunc igitur ieiunijs cum pꝛecibus ⁊
achrimis multiſqꝫ bonis alijs place-
mus deuotiſſime
Ut nos a cunctis ſoꝛdibus purgans
oꝛnet virtutibus. angelicis et cetibus
nos iungat in celeſtibus
Sit benedictus genitoꝛ: eiuſqꝫ vnige
nitus cum ſpiritu paraclito in ſempi-
terna ſecula Amen

Clarum decus ieiunij monſtra
tur oꝛbi celitus: qḋ xp̄s autoꝛ
omniũ cibis dicauit abſtinens

Clarum decus In ħ hymno hortat̃ nos ⁊ admouet autoꝛ ieiunioꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

humilitatem ⁊ inde autoritatem habere ⁊ a xp̄o efficatiā. ⁊ vt antiq̄ patres moyſes helyas ꝯſequuti ſunt vitam eternā. ita ⁊ nos ꝯſequamur

¶ Conſtrue (claruz decus) .i. ꝯmendabile ieiuniū (monſtratur) .i. datur (orbi) .i. mundo (celitus) .i. de celo (quod) ieiunium (xps) exiſtēs (autor) .i. creator (omniū) rerum (dicauit) .i. ſanctificauit (abſtines cibis) id eſt a cibis

Hoc moyſes carus deo legiſqȝ lator factus. hoc heliam per aera curru leuauit igneo.

Hinc daniel miſteria victor leonum viderat. ꝑ hoc amicus intimus ſponſi iohannes claruit

Hec nos ſequi dona deus per exempla parſimonie. tu robur auge mentium dans ſpiritale gaudium

Preſta pater per filiuz. preſta per almum ſpiritum. cum his per euum triplici vnus deus cognomine

Ex more docti miſtico ſeruem⁹ hoc ieiunium deno dierum circulo ducto quater notiſſimo

Tunc ibi. Hoc moyſes (Moyſes factus eſt carus) .i. dilectus (deo hoc) ſupple ieiunio .i. ꝑ hoc ieiunium (qȝ) pro et moyſes fact⁹ eſt (legiſlator) .i. dator legis diuine (hoc) .i. ꝑ hoc ieiuniū. et (hoc) sc ieiunium (leuauit) .i. vexit (heliam) illū ꝓphetam (igneo curru) .i. in q̄driga ignea (per aera) .i. per aerem. quia cū helias tranſgreſſus eſſet iordanez cum diſcipulo ſuo helizeo fugiens ꝑſequutiones ihezabel rapt⁹ eſt helias in curru igneo in paradiſum terreſtrē. pallio ſuo dimiſſo. helizeus āt pallio leuato reuerſus eſt ad iordanē. et ꝑcutiēs aquam cum pallio. ceſſit aqua iordanis. et tranſiuit propheta ſicco pede.

¶ Nūc ibi. Hinc daniel (Daniel) ille ꝓpheta exiſtens (victor leonū) .i. leones nō nocuerūt eū (viderat) ꝑ ſpm̄ſanctuz (miſteria) .i. ſecreta que nemo alius ſcire potuit (hinc) .i. per hoc ieiunium. ⁊ (iohannes) baptiſta (claruit) .i. factus eſt (intimus amicus ſpōſi) .i. xp̄i (ꝑ hoc) sc ieiuniū ¶ Tunc ibi Hec nos Et q̄ iſti facti ſunt per hoc ieiunium (o deus dona) .i. concede (nobis) xp̄ianis. vt poſſumus (ſequi) .i. imitari (hec) sc ieiunia (ꝑ exempla parſimonie) .i. abſtinentie cibi ⁊ potus. ⁊ (tu auge robur) .i. fortitudinē (mētium) .i. cordium (dans) .i. donans (ſpiritale gaudiū) .i. leticiā ſpiritus.

¶ Tunc ibi. Preſta pater (O pater preſta) .i. dona nobis hec que ſup̄ petiuimus (ꝑ filium) tuum vnigenitum. et (preſta ꝑ almum ſpirituz) tu dico exiſtens (vnus deus) in eſſentia (cum his) .i. cum filio ⁊ ſpūſctō (triplici cognomine) .i. ſub trib⁹ nominib⁹ diſtinctis (per euū) id eſt eternaliter vel per imperpetuum

Expoſitio hymnorum

Ex more docti. Materia huius hymni eſt ꝯmendatio ieiunij. ⁊ hortamur nos ieiunare ⁊ deo ſeruire. ⁊ hoc tp̄e ieiunij in orōnib⁹ et bonis opibus plus q̄ȝ in alijs dieb⁹. vt inde habeam⁹ vitā eternā. et hoc eſt quod dt O fratres (ſeruemus hoc ieiuniū) in quo modo ſumus ſcȝ caſte ⁊ honeſte. nos (docti) .i. inſtructi (ex miſtico more) .i. ex figurata conſuetudine. ⁊ h̄ (deno circulo .i. denario numero (dierū notiſſimo) .i. manifeſtiſſimo (ducto) id ē multiplicato (quater) .i. per quatuor ¶ Tunc ibi Lex et prophete (Lex) data per moyſen (et prophete) .ſ. helias ⁊ alij (ꝓtulerunt hoc) ieiunium (primitus) id ē primo. ⁊ (xp̄s rex oim) hominuȝ (atqȝ) ꝓ ⁊ (factor) .i. creator (temporū ſacrauit) .i. ſanctificauit illd̄ (poſtmodum) .i. poſt moyſen et ꝓphetas. qꝛ ieiunauit ꝑ quadraginta dies donans nobis exemplū. vt etiā ieiunemus. Tūc ibi Utamur ergo. Et qꝛ ꝓphete ⁊ poſtea xp̄s ꝯſecrauerūt hoc ieiuniū (ergo vtamur parcius) id ē tꝑantius (vbis) inutilibus (cibis et potibus) .i. a ſupfluitate comeſtiōis et ab ebrietate. qꝛ mediāte crapula nos labimur in peius. ⁊ veuter mero eſtuans de facili ſpumeſcit in libedinem. ⁊ non ſolū iſtꝫ vtamur parcius. ſed etiā (ſomno) nimio (et iocis) illicitis (⁊ pſtemus) .i. pſeueremus (in cuſtodia) anime noſtre ¶ Tunc ibi. Uitemus ante. Dico qꝙ relictis vicijs pſtemus in cuſtodia virtutū. ⁊ (vitem⁹) .i. abijciamus a nobis (ante) .i. pus (peſſima) .i. peccata vl' praua opa (queqȝ ſubruūt) .i. opprimūt (mētes vagas) .i. ad malum ꝓnas (qȝ) ꝓ ⁊ (nullum) pro non ⁊ vllum (⁊ nō demus callido hoſti) .i. dyabolo (vllum locum) .i. aliq̄ȝ occaſionem (tyrannidis) in nob

Dicamus oēs. In hoc hymno hortat̄ nos autor vt rogemus deuȝ cum p̄cib⁹ ⁊ lachrymis. vt ipſe auertat a nobis irā ſuaȝ. et dimittat nobis delicta noſtra. ⁊ hoc eſt qd̄ dt (Nos omnes) exn̄tes (cernui) id ē humiles (dicamus) .i. rogem⁹ (atqȝ) ꝓ et (ſinguli) .i. oēs (clamemus)

Lex et prophete primitus hoc ꝓtulerunt poſtmoduȝ chriſtus ſacrauit omnium rex factor atqȝ temporum

Utamur ergo parcius verbis cibis ⁊ potibus. ſomno iocis et artius. perſtemus in cuſtodia

Uitemus ante peſſima· queqȝ ſubruunt mentes vagas: nullumqȝ demus callido hoſti locum tyrannidis

Dicamus omnes cernui. clamemus atqȝ ſinguli. plorem⁹ ante iudicem. flectamus iram vindicem

Noſtris malis offendimus tuā deus clementiam: effunde nobis deſuꝑ remiſſor indulgentiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

ad deum.⁊ ploremus ante iudicez).i. xp̄m.⁊(flectamus).i. placemus (vindicē iram) ſcʒ xp̄i quā habet aduerſus nos ¶ Tunc ibi. Noſtris malis (O deus offendimus .i. irritauimus(noſtris malis).i. per pctā noſtra(tuā clementiā.i.tuā benignitatem.et qꝛ tu pius es et miſericors et dixiſti Nolo mortem peccatoris ſed vitā.et vt ꝯuertatur ⁊ viuat per cordis ꝯpunctionē(ore

Memento ꝙ ſumus tui licet caduci plaſmatis. ne des honorem nominis tui precamur alteri

Laxa malum qd̓ geſſimus. auge bonum qd̓ poſcimus. placere ꝙ tandem tibi poſſimus hic et ꝑpetim

Exilla regis prodeunt. fulget crucis miſteriū. quo carne carnis conditor. ſuſpenſus eſt patibulo

Confixa clauis viſcera. tendens manus veſtigia redēptionis gratia. hinc immolata eſt hoſtia

miſſor).i. o miſerator ⁊ ꝯdonator delictorū (effunde.i.mitte(nobis deſup).i.de celo(indulgentiam).i. remiſſionez peccatorum. ¶ Tunc ibi. Memento ꝙ Et emittere debes nobis de celo veniam. quia nos redemiſti ſanguine tuo. ⁊ ido o dñe (memento) id ēre cordare(ꝙ ſumus tui) famuli (licet) pro ꝗuis ſimus filij(caduci) id eſt fragilis(plaſmatis) ſcilʒ ade (precamur).i.rogamus (ne des honorē nominis) ſcʒ nos xp̄ianos qui a nomine vocati ſumus xp̄iani(alteri).i.inimico humani generis .ſ. dyabolo. ¶ Tunc ibi

Laxa malum. Et quia alter non debet occupare honorē nominis tui rogamus te(laxa).i.dimitte nobis(malum).i.peccatū (qd̓ geſſimus) id eſt quod malefecimus (auge).i.augmenta (bonū quod poſcimus) a te(ꝙ poſſimus.i.valeamꝰ tandem).i.vltimo (placere tibi) xp̄o(hic) .i.in p̄ñti(et perpetim).i.in perpetuum

Exilla regis ꝓdeunt. Materia huius hymni eſt talis. vt dı̄t beatus Ambroſius Paſſio dn̄i venit.et qꝛ venit debemꝰ de ip̄ſa aliquid dicere Dicamus ḡ ꝙ vexilla regis xp̄i iam ꝓdeunt. vexilla cm̄ xp̄i ſunt baptiſmus.ſacramentū altaris.⁊ alia ſacramenta eccl̓e ¶ Cōſtrue(Vexilla).i. ſigilla(regis).i.xp̄i (prodeūt).i. apparent (miſteriū).i. ſacrificiū (crucis fulget).i.claret.qꝛ expugnauit dyabolū(quo) miſterio (ꝯditor .i.creator (carnis ſuſpenſus eſt carne).i.cū corpore ſuo ꝓprio(patibulo) .i.in cruce ¶ Tunc ibi.Confixa clauis. Ego dixi ꝙ xp̄s ſuſpēſus eſt patibulo.i.in cruce.⁊ ideo xp̄s eſt hoſtia immolata. vel talis eſt lr̄a.ſ. in ara crucis(gratia redemptionis.i.ſaluatio generis humani(tendens).i.extendens(manus).ſ.ſuas in cruce.⁊ (tendens veſtigia) ſanguinis ipſius et ꝑ hoc notat ꝙ ſanguis fluxerat ꝑ totum corpus ipſius. tendens dico viſcera innumerabilia.qꝛ in tantū fuit extēſus xp̄s in cruce ꝙ oīa mēbra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

ipſius poterant munerari (ꝯfixa) .i. ꝑforata (clauis) claui em̄ ſūt poſiti in manib⁹ ⁊ pedib⁹ ſuis. ⁊ lancea in latere ſuo. ⁊ inde exiuit ſanguis ⁊ aq̄ exinde dico manauit ſanguis redemptiōis noſtre et aqua baptiſmatꝫ ex quib⁹ nos xp̄iani regeneramur in fonte ⁊ in ſacro baptiſmate Tunc ibi. Quo vulneratus. Ecce miſterium crucis fulget per totū mundum.

Quo vulneratus inſuꝑ mucrone dire lancee. vt nos lauaret crimine. manauit vnda ſanguine

Impleta ſunt que cecinit dauid fidelis carmine. dicendo nationib⁹ regnauit a ligno deus

Arbor decora ⁊ fulgida ornata regis purpura. electa digno ſtipite tam ſancta membra tangere

Beata cuius brachijs ſecli pependit precium. ſtatera facta corporis. predā q̄ꝫ tulit tartaris

O crux aue ſpes vnica hoc paſſionis tempore auge pijs iuſticiaꝫ: reiſq̄ꝫ dona veniam

quis per crucez habemus altare. ꝑ corpus xp̄i. hoſtiam. per ſanguinem viuū. et ꝑ ſudorem aquā. ex q̄b⁹ ſacrificiū facim⁹ ſingulariter. q² ex immolatione crucis ſibi fit altare. et ideo per crucem habemus altare. in quo ſacrificamus (quo) .i. in quo patibulo ſupple xp̄s fuit (vulneratus inſuꝑ) .i. ſuꝑ vulneratione̅ clauoꝝ (mucrone) .i. acumine (dire lancee) .i. crudelis cuſpidis. et ad q̄d ad hoc. ſ. (vt lauaret nos a crimine) .i. a peccatis (vnda) .i. aqua (manauit) id ē effluxit (ſanguine) id eſt cum ſanguine. ¶ Tunc ibi. Impleta ſtꝫ. Et ex eo tp̄e ꝑpetrata ſtꝫ q̄ ſcripta ſtꝫ de criſto per prophetas. vn̄ ipſe ſumēs acetum in cruce cū ſpongia dixit Conſummatū eſt. ⁊ hoc eſt ꝙ d̊t. Illa (ſunt impleta) id ē completa in xp̄o (que dauid cecinit) .i. prophetauit. exiſtens (fidelis) .i. certificatus (carmine) ſcilꝫ in pſalterio (dicendo) id eſt ꝓphetando (nationib⁹) .i. omnib⁹ gentib⁹ (deus regnauit a ligno) ſc crucis. q² poſt paſſionem ⁊ mortem ſuam amariſſimam reſurexit eternaliter regnaturus ¶ Tunc ibi. Arbor decora) Et q² pependit in cruce poſcimus ꝓferre vocū admiratiōis dicēs O q̄ꝫ (decora ⁊ fulgida arbor) iſta fuit (ornata) .i. fulcita (purpura) .i. ſanguine (regis) .i. xp̄i. arbor dico (electa tāgere) .i. portare (tam ſancta membra) ſcꝫ xp̄i (digno ſtipite) id eſt ſancto trunco Tūc ibi. Beata cuius. Vere (beata) fuit arbor vel crux. in (cui⁹ brachijs) .i. cornib⁹ (preciū ſeculi) .i. mundi (pependit) arbor dico (facta ſtatera) .i. trutina (corporis) xp̄i (qꝫ) pro et (⁊ tulit) .i. abſtulit (tartaris) .i. ex infernis (predā) .i. ſpolia. q² deſcendit ad inferna liberās aīās ſanctoꝝ. Iam ſermo dirigitur ad crucē Tunc ibi. O crux. Et q² es ſtatera fa

cta. O crux (aue) .i. ſalue. tu dico vnica ſpes noſtra (auge) .i. multiplica iuſticiā (pijs) .i. pietatem habentibꝰ. hoc tꝑe paſſionis (⁊ dona veniam) id eſt remiſſionem peccatorum. ſcꝫ reis. ¶ Nūc ibi. Te ſumma deus. Et q̄ꝛ nos redemit ſuo ſanguine. ideo (o ſumma trinitas) .i. o deꝰ omnipotēs. oīs ſpūs collaudet te (⁊ qs) .ſ. hoīes (ꝑ miſteriū crucis) .i. ꝑ paſſionem (ſaluas) .i. liberas rege ꝑ ſecula cūcta amen

Te ſumma deꝰ trinitas collaudat omnis ſpiritus. quos per crucis miſteriū ſaluas rege per ſecula Amen

Pange lingua glorioſi prelium certaminis et ſuper crucis tropheū dic triūphū nobilē q̄liter redemptor orbis immolatus vicerit. De parentis prothoplaſti fraude facta condolens quando pomi noxialis morte morſu corruit ipſe lignum tunc notauit. damna ligni vt ſolueret

Pange lingua) Hymnus iſte cōtinuatur ſuperiori. Dixerat enim quod dominus poſitus fuit in cruce ⁊ latus eius perforatuꝫ. et ſic deprecamur eum ꝙ ſicut mortuus eſt id eſt ſicut corpus (quod aſſumpſit in v̾gine et in cruce dimiſit. ⁊ ad inferna deſcendit et cum dyabolo pugnauit ⁊ eum ſupauit) ſic faciat nos vincere cuncta nobis aduerſaria. ſ. dyaboluꝫ ⁊ mundum cum concupiſcentia ſua ⁊ domeſticum inimicum ſcilicet carnem. de qua dicitur Quanto famoſior tanto periculoſior. O lingua (pange. id eſt manifeſta (prelium certaminis glorioſi) id eſt victoriam quā chriſtus obtinuit moriendo ſm carnem quando vicit mortem morte ſua. vnde ipſe ait. O mors ero mors tua ⁊c. (et ſuper tropheum) id eſt de victoria crucis (dic triumphum nobilem) de inimicis fugatis (qualiter redemptor) id ē liberator tocius mundi (immolatus) in ara crucis (vicerit) id eſt vicit dyabolum. ¶ Et nota ꝙ ante paſſionem chriſti dyabolus duas manus. id eſt duas poteſtates. ſcꝫ in corpore et in anima hominis habuit. quia quoſdam in corpore et in anima. quoſdam tantum in anima poſt mortem temporaleꝫ trahebat ad ſe. ſed modo poſt paſſionem chriſti vnam habet. ſ. de duabus poteſtatibus et amiſit vnam.

¶ Tunc ibi (De parentis prothoplaſti fraude facta)

¶ In hoc loco apoſtrophat ſe autor aliquis forte diceret quare fuit criſtus immolatus Reſpondetur ſic. quia condoluit de deceptione primi parentis. ſcilicet ade. ⁊ hoc eſt chriſtus condolens fraude facta. fraudulenti parentis noſtri ade prothoplaſti. id eſt primi formati quādo corruit primus parens (morte) id eſt in mortem (⁊ hoc morſu vetiti pomi noxialis) id eſt nociui (ipſe chriſtus tunc notauit) preordinando ſignauit (lignum ſue crucis vt ſolueret) id ē recuperaret (damna ligni) ſcilꝫ que venerant (per lignum) id eſt per pomum vetitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Expoſitio hymnorum

¶ Tunc ibi. Hoc opus. Bene dico ꝙ xp̄s tunc notauit lignum. vt ſol-ueret damna ligni. qꝛ nullo alio modo poterimus recuperari. ⁊ hoc ag-gredit̄ dicere. Ordo ſalutis (depopoſcerac hoc opus) .ſ. vt deus carnem ſumeret. ⁊ patibulum crucis ſubiret (Per lignū) vt damna ligni ſolue-rentur (vt ars) .i. deus qui eſt artifex oim reruz (falleret) id eſt deſtrue-ret (artem multi formis proditoris) id ē dyaboli. vt illa res (ferret mede-lam) .i. ſalutem omniuz gentium (inde) .i. ex illa re. ſ. a lingno (vnde) .i. de quo ligno (hoſtis) .i. dyabolus (leſerat) .i. nocue-rat.

¶ Tunc ibi. Quando venit. Ergo (quando) id eſt poſtqꝫ (plenitudo tē-poris) id ē quando vlti-ma etas venit .i. quan-do deus ſacrificauit fili-um (conditor orbis) .i. chriſtus natus miſſus eſt (ab arce patris) in mun-duz atqz factus caro vel carnalis (prodijt) id eſt exijt de ventre virginali. Et nota quod ſicut flos ſine macula pulcher ⁊ o-lens ac ſuauis naſcitur. ita chriſtus ſine ſemine et ſine crimine de vtero virginis marie prodijt

¶ Tunc ibi. Uagit infans (Jnfans) id eſt chriſtus (poſitus inter arta) id eſt auguſtia preſepia (vagit) id eſt plan-git. Et nota ꝙ vagire eſt proprium puerorum. virgo Maria mater ſua (alligat membra ſua) inuoluta pannis (et phaſcia) id eſt vitella cingit pedes et manus et crura ſtricta.

¶ Tunc ibi. Gloria et honor deo vſqzquo. Gloria et honor vſque-quo ſit deo altiſſimo (vna) id eſt equaliter patri et filio (et inclito) id eſt glorioſo (et paraclito) id eſt ſpiritui ſancto ſit laus et gloria. ſimiliter eq̄-lis gloria coeterna maieſtas. tribus perſonis ⁊ vni deo cui laus eſt et po-teſtas per eterna ſecula Amen

Hoc opus noſtre ſalutis ordo depo-poſcerat multiformis proditoris ars vt artem falleret: et medelaz ferret in de. vnde hoſtis leſerat. Quando ve-nit ergo ſacri plenitudo temporis miſ-ſus eſt ab arce patris natus orbis con-ditor: atqz ventre virginali caro fruc-tus prodijt. Uagit infans inter arta poſitꝰ preſepia. membra pannis inuo-luta virgo mat̃ alligat pedes manuſqz crura ſtricta cingit phaſcia Glo-ria et honor deo vſquequo altiſſimo vna patri filioqz inclito paraclito. cui laus eſt et poteſtas per eterna ſecula. Amen

Lustra sex. Nota ꝙ lustra dicitur ſpacium quinqꝫ annorum.⁊ dicitur a luſtrando.eo ꝙ romani luſtrabant ꝑ ſpacium quinqꝫ annoꝝ in capite totã Romã.et nos ſimiliter ꝑ quinqꝫ etates debemus luſtrare totam romam.i.ſanctam eccleſiam vincentẽ inimicos.
¶ Hymnus iſte ſic continuat̃. xp̄s carnaliter erat.xxx.annoꝝ cum eſſet deditꝰ paſſioni. Luſtra ſex ⁊c. Et nota accuſatiui et ablatiui caſus pñt ibi legi. Ablatiui ſic leguñ(xp̄s qui ẽ implens tempus).i.etatem corporis hũani) ſex luſtris iam pactis) ⁊ eſt ibi litote caſus pro caſu.melius tamen ẽ vt accuſatiui ibi legantur ſic (xp̄s qui eſt (implens tempus).i.etatem corporis humani.ſ.ꝑ ſex luſtra iam poſt acta natus(ſe volente) .i.ſpõte natus ad hoc vt pateretur (Agnus)id eſt chriſtus ſine macula deditus paſſioni (leuatur in cruce)a iudeis(immolandus) .i.ſacrificandus (ſtipite)id eſt in ligno.

Lustra ſex qui iaꝫ paracta tempus implens corporis ſe volente natus ad hoc paſſioni deditus agnus in cruce leuat̃ immolandꝰ ſtipite Hic aceto fel arundo ſputa clauis lãcea mite corpus perforatur. ſanguis vnda profluit. terra pontus aſtra mũdus quo lauantur lumine

Crux fidelis inter omnes arbor vna nobilis. nulla ſilua talem profert fronde flore germine: dulce lignum dulces clauos dulce pondus ſuſtinet.

¶ Tunc ibi. Hic aceto (Hic) id ẽ in cruce dederunt ei fel mixtũ cum aceto(arundo) id ẽ calamus tradit̃ ei in ſignum deriſionis pro ceptro.⁊ preter hec(ſputa)adhibita ſunt ei) corpus mite) .i.ſuaue (perforat̃ cum clauis ⁊ lancea(et inde ſanguis et vnda) .i. aqua(profluit) .i.exiuit de corpore eius(quo flumine) .i. pro qua ſanguinis effuſione (terra) .i.humiles (pontus) .i.fluctuantes vicio(aſtra id ẽ iuſti (⁊ mundus) .i.mundani (lauantur) .i.purgant̃. Per aquam debemus intelligere baptiſmum. Per ſanguinem chriſma. Et dicitur quidam ꝙ angeli boni purgati ſunt de labe quaꝫ habuerũt de illis qui ceciderunt vt lucifer et ſui complices.et ideo dicit aſtra.

Crux fidelis. Et quia redemit nos in cruce leuatos omnes debemus clamare O crux fidelis arbor inter omnes(es vna) .i. ſola nobilis.quia nulla ſilua profert talem arborẽ(fronde) .i. ꝓtectioue(flore) .i.decore(germine) .i.radice(vel flore) .i. xp̄o qui vocatꝰ eſt flos a ꝓphetis. q̃ ſicut flos ꝓcedit ſine feditate vel aliqua putredine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

¶ Tunc ibi. Nobis natus. Hic recommendat chriſtum de ſua generatione temporali atqꝫ eius cōuerſatione. nec non de ſanctiſſima predicatione. Et dicit. ſupple chriſtꝰ filius dei (natus eſt nobis) ſcꝫ in redēptionē noſtram. et datus eſt nobis) ſupple in ſalutem noſtram. et hoc (ex in tacta virgine) id eſt ex caſtiſſima virgine maria (et cōuerſatus) id eſt ambulauit (in mundo) ſcꝫ triginta tribus annis (ſparſo) id eſt dilectato (ſemine verbi) ſcꝫ predicando (et clauſit miro ordine moras) id eſt tarditatem (ſui incolatus) .i. ſue habitationis in hoc mundo ⁊c. ¶ Tunc ibi. In ſupreme nocte cene. Hic autor ponit inſtitutionē huiꝰ digniſſimi ſacramenti. et quando fuit inſtitutum et qualiter ¶ Et ſic exponit. ſupple chriſtus (recumbens) id eſt cōmedens (cum fratribus) id eſt cū ſanctis apoſtolis ſuis (in nocte ſupreme cene) .i. vltime cene (obſuata lege) ſcilicet veteri moyſaica (plene) id ē perfecte (in cibis legalibus) .i. in veteri lege deputatus. vt ſcribitur in leuitico (et dat ſe) .i. ſeipſum (ſuis manibus cibum turbe duodene) id eſt duodecim apoſtolis. et hoc inchoandum nouum teſtamentū. Ex quo notari poteſt ꝙ iudas etiam ſumpſit verum corpus chriſti. de ſacratiſſimis manibus ſuis q̄uis in ſui perditionem Unde dicit beatus. Auguſtinus ꝙ chriſtus dedit ſanctum corpus ſuum in cena cum alijs ſuis diſcipulis etiam dedit inde. vt nobis exemplum daret ꝙ peccatoribus occultis non eſſent ſacramēta deneganda. et etiam ideo non denegauit ſibi vt omnē occaſionem malefaciēdi ab eo auferret quam aſſumere potuiſſet ſi in aliquo ab alijs diſcipulis fuiſſet diſcretꝰ ante apertā maliciā et hoc habetur in canone ſicut iudas. de cōſecratione. diſtintione ſecunda. ¶ Tunc ibi. Uerbum caro panem verum. Hic autor ponit modum quo criſtus hoc excellentiſſimum ſacramentum inſtituit. Uū

materia huius ſacramenti eſt panis et vinum. Forma vo verbo⁊ eſt Hoc eſt corpus meum. Vlterius dicit et ſi res huius ſacramenti ad ſenſum videri nõ poſſit. ſufficit tamen fides. Dicit namqꝫ Gregorius Crede et manducaſti. ¶ Conſtrue (verbum) id eſt forma verborum ad hoc deputatorum ſimul etiam (caro efficit verbo verum panem et car-

Tantum ergo ſacramentum venere
mur cernui. et antiquum documentũ
nouo cedat ritui. preſtet fides ſupple
mentum ſenſuum defectui

Genitori genitoqꝫ laus et iubilatio
ſalus honor, virtus quoqꝫ ſit et bene-
dictio. procedenti ab vtroqꝫ compar
ſit laudatio. Amen

Aude viſceribus mater in in
timis felix eccleſia. que ſacra
replicas ſancte feſta Marie
plaudant aſtra ſolum mare

nem) ſcilicet chriſti (qꝫ) pro et (merum) id eſt vinum (fit ſanguis chriſti et ſi ſenſus deficit) id eſt experimentum. tamẽ (ſola fides ſufficit ad confirmandum (cor ſinceruꝫ) id eſt clarum et purum. ¶ Tunc ibi. Tantuꝫ ergo ſacramentum. Hic autor exhortatur nos ad venerandum hoc egregium ſacramentum. q̇a dignius eſt antiquo teſtamento ⁊c. ¶ Conſtrue (ergo) id eſt ideo. (nos cernui) id eſt nos humiles (veneremur) id eſt honoramus (tantum ſacramentum) id eſt taꝫ venerabile ſacramentuꝫ ſanctiſſimi corpo⁊ ⁊ ſanguinis chriſti (et antiquum documentnm) id eſt teſtamentum qđ fuit imperfectum (cedat) id eſt locum det (nouo ritu) id eſt nouo teſtamẽto. ⁊ (fides p̄ſter) id eſt det (ſupplementum defectui ſenſum) ſcilicet exteriorum ¶ Unde nota ꝙ ſenſus exterior in hoc ſacramento decipit quia ponũtur accidentia panis ſine ſubiecto ⁊ hoc ſupnaliter ⁊c.

¶ Tunc ibi. Genitori genitoqꝫ. Hic autor agit gratias trinitati dicens ſupple ſit (laus genitori) id eſt deo patri (qꝫ) pro et (genito) id eſt filio dei (⁊ iubilatio. ſalus honor. id eſt decus (quoqꝫ) id eſt etiã (virtus et benedictio) qđlibet eo⁊ (ſit) ſcꝫ genitori et genito (et compar) id eſt equalis (laudatio ſit ꝓcedenti ab vtroqꝫ) id eſt ſpiritui ſancto. qui nos adiuuet vt ſine hoc ſacramento digniſſimo non moriamur

Aude viſceribus mater. Materia huius hymni eſt de natiuitate beate marie virginis. et primo alloquitur ſanctam matrem eccleſiaꝫ vt de hoc feſto gaudeat in quo nata fuit virgo maria Et bene dicit ꝙ eccleſia debet gaudere. quia eius natiuitas gaudium magnum annunciauit vniuerſo mundo Et nota ꝙ duplex eſt eccleſia ſcꝫ militans ⁊ triũphãs. et de vtraqꝫ ecclleſia loquitur autor. qꝛ celum et terra de p̄ñti feſto gratulant̄ in quo nata fuit. Maria vgo ꝑmanẽs ante

partum et poſt partum. Ideo o(felix eccleſia mater gaude et letare in intimis viſceribus) id ē in intimo corde(que) id eſt qua eccleſia(replicas ſacra feſta marie) et que id ē in qua(aſtra) id eſt celum(ſolum) id ē terra ſcȝ et mare(plaudant).i. gaudent de illo feſto

¶ Tunc ibi. Cuius magnifica. Hic ꝯmendat eius natiuitatem dicens(Cuius) ſcilicȝ marie(generatio) id eſt natiuitas(eſt magnifica) id eſt glorioſa(cuius vita claruit) id eſt refulſit(ſacris actibus et claris id eſt bonis operibus. et (cuiꝰ) ſcȝ marie(finis) id eſt mors(tenet ſummum honorem).i.ſummam beatitudinem(ſine fine) id eſt eternaliter

Cuius magnifica eſt generatio. cuiꝰ vita ſacris claret actibus. cuius finis honorem ſummum ſine tenet fine.

Que virgo peperit virgoqȝ permanet lactauit proprijs viſceribus deuȝ portantemqȝ gerebat vlnis prona trementibus: Felix multiplici laude puerpera regis porta ſui clauſa perhenniter. mundi ſtella fluentis. floris virgula regia Te nunc ſuppliciter ſancta theotocos regis perpetui ſpōſaqȝ poſcimus. vt nos ſemper vbiqȝ miti munere protegas.

¶ Tunc ibi. Que virgo peperit ⁊c.) Hic cōmendat beatiſſimam virginem mariam ex eo ꝙ genuit lactauitqȝ filium ſuum dominū noſtrum iheſum chriſtū di.(Que virgo) ſcilicet maria peperit) id eſt genuit(qȝ)pro ⁊(virgo permanet) ſcȝ poſt partum (lactauit) id eſt lacte nutriuit(proprijs vberibꝰ.et prona) id eſt humilis(gerebat) id eſt portabat (portantem deum) id eſt portatorem totius mundi.et hoc (trementibꝰ vlnis) id eſt timidis brachijs. ¶ Tunc ibi. Felix multiplici. Hic ꝯmendat autor mariam ex parte multiplicis felicitatis ſue. ex eo ꝙ meruit eſſe genitrix dei. vult nāqȝ et dicit ꝙ ipſa ſit ſponſa chriſti pariēs et porta eterni regis et ſtella maris ⁊ virgula floris. ¶ Conſtrue O maria ſupple tu exiſtens(felix multiplici laude) id ē munere. q̇a tu es felix(puerpera regis) ſcȝ ieſu chriſti.et tu es(clauſa porta ſui).ſ. regis et es(ſtella) id ē illuminatrix(mundi) id eſt vniuerſi orbis(fluentis) id eſt trāſientis(perhenniter) id ē ꝑpetue.⁊ tu o maria es(regia virgula floris).i.nobilitatis. fuit em̄ beata ꝟgo de nobili ꝓſapia ex ſtirpe dauid

¶ Tunc ibi. Te nunc ſuppliciter. Hic autor dirigit petitionem ad virginem mariam vt obtineat nobis veniam a filio ſuo dicēs. O maria ſupple tu exiſtēs(ſancta theotocos) id eſt dei gentrix(⁊ ſponſa regis perpetui) id eſt eterni(nos poſcimus) id ē rogamus(te nūc ſuppliciter).i.humiliter(vt protegas).i.defendas(nos ſemper).i.om̄i tꝑe(⁊ vbiqȝ.i.om̄i loco.⁊ h̄ miti munere) ¶ Nota ꝙ theotocos dr̄ dei genitrix q̄ſi to

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

ta diuina. Sed theoticos .i. diuinus. ⁊ dicit̃ a theos grece quod ē deus latine. theos em̃ apud grecos timor dr̃. vnde theos dr̃ deus. q̄r eſt timor omnibus colentibus eum ¶ Tunc ibi Sanctis obtineas. Hic vltimo oſtendit q̄ debeat impetrare nobis pacem atq̃ʒ eterna gaudia. vult ergo (O virgo) maria (tu obtineas) .i. impetres nobis (ſanctis precatib⁹) .i. tuis orōnib⁹ (dulce preſidium) .i. auxilium (pacis diutine) .i. diuturne (atq̃ʒ p̄hennia dona) .i. eterna munera (beati regni) .i. regni celoꝝ.

Sanctis obtineas virgo precatibus
pacis preſidium dulce diutine nobis
atq̃ʒ beati regni dona perhennia.
Preſta ſumme pater· patris ac vnice
amborumq̃ʒ ſimul ſpiritus annue. qui
regnas deus vnus omni tp̄e ſeculi.

¶ Tunc ibi (Preſta ſumme Hic facit autor peticionem ad ipſam trinitatē. vt patet in lr̄ā dicens (O ſumme pater. ac vnice fili pr̄is preſta) hoc qd̄ rogauimus. et o (ſpiritus ſiml' amborū) .i. patris et filij (annue) .i. concede (qui regnas) exiſtens cum eis (vnus deus) per eſſentiaʒ (omni tp̄e ſeculi) .i. eternalit̃.

Nuentor rutuli dux bone luminis qui certis vicibus tēpora diuidis. merſo ſole cahos ingruit horridū. lumē redde tuis xp̄e fidelib⁹
Quāuis in numero ſidere regiam lunariq̃ʒ polum lampade pinxeris. incuſſu ſilicis lumina nos tamen monſtras ſaxigeno ſemine querere

Inuentor rutuli ⁊c. Materia huius hȳni eſt ignis Et quia vt dicit moyſes. Deus tuus ignis ↄſumens eſt et om̄es transferentes ſe ſc̄m aliquā ſimilitudinem transferunt ſe. ignis aūt ꝓprietates deo cōpetere poſſunt. q̄re deus ↄuenienter aſſimilatur igni. ⁊c. Et ſic eccleſia in vigilia paſce ignem excitat de ſilice vel petra ſ̄cans xp̄m eſſe lumen in petra poſitū ſequenti die excitari. rogās nos conſeruari in agnitione veri luminis ſcʒ xp̄i. ⁊ ſicut multipliciter fouemus ⁊ nutrimus ignem. ita docere nos velit querere gratiā de ſaxigeno ſemine mediāte ſua paſſione dicens (O bone dux) xp̄e ieſu ſcʒ exiſtēs (inuentor rutuli luminis (id eſt fulgentis lucis ꝑ creationē ſolis et lune ⁊ totius firmamenti (qui diuidis) .i. diſtinguis ſiue ordinas (tempora) ſcʒ dies annos menſes ⁊c. (certis vicib⁹) .i. debita et ↄuenienti alteratione vel ordinatiōe (horridū cahos) .i. horribilis confuſio vel tenebroſitas (ingruit) .i. incidit (merſo ſole) ſcʒ te xp̄o occiſo ⁊ in monumento repoſito. q̄ es verus ſol iuſticie. ergo (o xp̄e redde) .ſ. ꝑ reſurrectionē tuam (tuis fidelibus) .i. tuis xp̄ianis (lumen) ſcʒ gratie vel agnitionē vere fidei (Tūc ibi. Quāuis in numero O xp̄e (q̄uis pinxeris) .i. ornaueris (regiam) .i. regalē domū tuaʒ

(in numero ſidere).i.infinitis ſtellis quo ad nos ſaltem(q̄z ꝑ et (pinxe
ris).i.ornaueris(polum).i.celū (lunari lampade).i.cum lumine ipſi⁹
lune.lampas ꝯtinens lucem ꝑ luce ponit᷑ (tamen monſtras).i. oſtēdis
vel doces(nos) xp̄ianos(incuſſu).i.concuſſione(ſcilicis querere).i.q̄rē-
do inuenire(lumina).i.ignes illuminoſos(ſaxigeno ſemine).i.ex natu
ra lapidis vel ſaxi. et hoc
litteraliter. Sed miſtice
exponitur dupliciter. pri
mo ſic. Doces nos que
rere lumen.i.grām ex cō
cuſſu ſilicis(ſaxigeno ſe-
mine).i. de xp̄o qui ſaxū
vel petra dicit᷑. Uel do-
ces nos querere lumē.i.
contritionem peccatorū
ex cōcuſſu ſilicis (ſaxige
no ſemine).i.ex indura-
to corde in peccatis.
¶ Tūc ibi. Ne neſciret
Et quia virtus conſer-
uat membra per influen
tiam capitꝫ. ideo (ne ho-
mo neſciret).i. cognoſce
ret.quia due negationes
faciunt vnam affirmati
onem(ſpem luminis).i.
vere beatitudis eſſe(in-
ditam).i.conditā (ſibi)
.i.ad ſuam vtilitatē (in ſolido).i.infirmo(corpore xp̄i.qui) xp̄s (voluit)
.i.precepit(ſe dici).i.vocari (ſtabilem petram).i. firmum fundamentuz
(vnde).i.de q̄ petra vel xp̄o(genus).i. origo luminis (venit).i. adue-
nit(noſtris igniculis).i.ignib⁹ noſtre fidei.que ex petra.ſ.xp̄o excuſſa eſt
¶ Tunc ibi. Pinguis quos Quō ꝯſeruetur ignis excuſſus de petra di
cit(quos).ſ.igniculos ⁊ ignes (paſcimus).i.conſeruamus ⁊ nutrimus
(lichnis madentib⁹).i. filis humefactis (rore).i. pinguedine (pinguis
olei ac) ꝑ et paſcim⁹ igniculos (aridis facib⁹).i.ſiccis lichnis.ſ. appoſitis
(quin).i.inſup̄(pinguimus).i.cōponimus(fila ſcirpea).i.de ſcirpo vel
ex hm̄ōi iunco facta(collita).i.intincta florib⁹. id ē florentib⁹ reb⁹ et fa-
uis.i.cum cera quā apes de florib⁹ ſumpſerunt(melle).i. examine apū
(preſſo).i.extracto(prius).i.antea. ¶ Tunc ibi Viuax flamma
Non tm̄ nutritur ignis per ceram a florib⁹ et fauo expreſſam. ſed etiam
(viuax flamma).i.ardens teda in igne(viget)perſtat ⁊ in vigore manet
(ceu).i.ſicut fit quādo(caua teſtula).i.concaua lampas que ex terra ar
gilloſa coq̇tur. vel al's paruū vas (ſuggerit).i. amminiſtrat (lintheolo)
.i.paruo lineo pāno(ebrio).i.humefacto vel oleo perfuſo (ſuccum) id ē
liquorem vel alimentū (ſeu).i.vl's^e viuax flamma viget ſicut(pin⁹) ta

Ne neſciret homo ſpem ſibi luminis
in chriſti ſolido corpore conditaz. qui
dici ſtabilem ſe voluit petram noſtris
igniculis vnde genus venit

Pinguis quos olei rore mandentib⁹
lichnis ac facibus paſcimus aridis q̇n
et fila fauis. ſcirpea flores impreſſo
melle prius collita pingimus

Viuax flamma viget ceu caua teſtu-
la ſuccum lintheolo ſuggerit ebrio ſeu
pinus picem fert alimoniam. ſeu cerā
teretem ſtuppa calens bibit

lis arbor(fert).i.amminiſtrat(picem) illum humorē viſcoſum(alimoniam).i.in nutrimentū s[c] ipſi igni (ſeu).i.vel viuax flamma viget ſicut (ſtuppa) ſcz extenſa que fit ex ſupfluo canopi vel lini (calens).i.ardens vel incenſa bibit).i.attrahit vel aſſumit(ceram teretez).i.rotūdam cādelam cereā. Item teres teretis eſt omnis generis. ⁊ eſt ꝓprie rotundūz ſicut haſta vel candela. ſed rotund⁹ a um ꝓprie eſt idem quod ſpericum ſicut pomum dicitur rotundum. vn̄⁹ Haſtam dic teretem. pomum dic eſſe rotundum.

O res digna deus quam tibi roſide noctis principio grex tuus offerat luce quā tribuis nil precioſius luce qua reliqua premia cernumus

Tu lux vera oculis lux quoqꝫ ſenſib⁹ intus tu ſpeculum. ſpeculum tu foris. lumen tu famulans offero ſuſcipe tinctum pacifici criſmatis vnguine

Splendēt ergo tuis pater munerib⁹ flammis mobilibus ſcilicet atria. abſentēqꝫ diem lux agit emula. nox qua cum lacero victa fugit peplo

¶ Tunc ibi. O res digna. Et ſic habito et conſeruato igne. ad q̄d ḡ erit ignis. dicit ſic. (O deus) s[c] tu exiſtens (res digna luce).i.lumine. quia ſicut in ſpiritualib⁹ ſimpliciſſimū ens eſt deus. ſic inter corporalia vel materialia ſubtiliſſimum ē ignis et lux (q̄z) ſcilicet lucē.(tuus grex) id eſt tuus fidelis electus populus (offerat tibi) tanquam pro ſacrificio. (principio) in initio (noctis roſide).i.gratioſe ⁊ odoriſere noctis(q̄z) ſcz lucem tu deus(tribuis.i.donas nobis.⁊(nil).i. nihil eſt (precioſius).i. dignius (luce) s[c] veratum quia eſt p̄ma rerum creaturaꝝ. tum quia mediante luce videmus reliqua bona creata. quia lux eſt ratio videndi. ⁊ ergo dicit (qua) s[c] luce (cernimus).i.videmus(reliqua).i.alia creata entia ¶ Tunc ibi. Tu lux. Quemadmodū aūt lux vel ignis eſt quoddā mediū videndi corporalia. ſic deus eſt mediū videndi ſpiritualia. ⁊ hoc eſt quod d̄t. O deus (tu es vera lux oculis) ſcz ſpiritualibus ſctōꝝ in patria ratōne deitatis (quoqꝫ) ꝑ et. o de⁹ tu es(lux ſenſibus).i.oculis carnalibus ꝑ tui ſanctiſſimi corporis reſurrectōem rōne humanitatis. q̄bus oculis fruentur in patria om̄es ſancti. ⁊ o deus(tu es ſpeculum intus).i.interioꝝ et ſp̄ualium oculorum.ſ.per gratiaꝝ infuſionem. que relucēt ⁊ reſplendēt in nobis ⁊ o deus(tu es ſpeculū foris).i.ab extra.ſ. oculoꝝ corporaliuz grata viſio. ⁊ hoc per miraculoꝝ oſtenſionē. ⁊ o de⁹(tu ſuſcipe).i.accipe(lumē ex ſilice excuſſuz. quod s[c] lumen ego(famulans).i.ſeruiens(offero tibi ſcz tanq̄z pro ſacrifitio. ⁊ o deus ſuſcipe lumen(tinctum).i. humefactuz vel aſperſum(vnguine).i. vngento(pacifici criſmatis).i. ſp̄uſſancti. vel eius liquoris ab effectu dictu. eo q̄ pacem faciat inter deum et nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

¶Tunc ibi Splendent ergo. Et ſic ſuſcepto ſacrificio (o pater) in diuinis (atria ſcʒ) tua .i. templa in ꝗbus modo ↄſtituiſti (tuis munerib⁹ .i. donis datis. ſcʒ docēdo ignē excutere ex ſilice ⁊ fouere. atra dico (ſplendent) lucent (mobilib⁹ flāmis) epiteton ꝑpetuū. flamma em̄ ſemꝑ mouetur (qʒ) ꝓ et (lux) .i. ſplendor .ſ. ſolis (agit) .i. cauſat (abſentem diem)

Per xp̄m genitum ſumme pater tuū in quo inuiſibilis ſtat tibi gloria. qui noſter dominus. qui tuus vnicus ſpiras de patrio corde paraclitum

Per quem ſplendor honor laus ſapientia maieſtas bonitas et pietas tua regnum continuat tripl[i]ci numine. texens perpetuis ſecula ſeculis

Ita ſanctorum decus angelorum vita cunctoruʒ pariter piorum chriſte: qui mortis moriens miniſtrum exuperaſti.

ſcʒ ꝑ radioꝝ extenſionez (quā) ſcʒ lucem (emula nox) .i. ↄtraria diei exn̄s (victa) .i. ſupata ſcʒ a luce (fugit) .i. cedit (cū lacero peplo) .i. obſcuro velamine ſcʒ tenebrarū. vel miſtice diem pro nouo teſtamento ⁊ noctē pro veteri capere ꝗs poteſt ¶Tunc ibi Per xp̄m Et vt grata ſint et ꝗtificata laudat diuinitatem dicens (o ſumme pater) ſuſcipe tinctū lumē ⁊ accenſum) per xp̄m genitū tuum) .i. ꝓpter filiū tuū (in quo) filio (inuiſibilis gloria) .i. nō apparēs ſed occulta (ſtat) .i. manet (tibi) patri (qui) ſcʒ xp̄s eſt (noſter dn̄s) ſcilʒ per emptionez et nature humane aſſumptionē ⁊ liberationē (qui) ſcʒ xp̄s eſt (tuus vnicus) fili⁹ ſcʒ in tēpore nat⁹ ⁊ ab ab etno genitus. ⁊ o ſumme pater (ſpiras) .i. emittis (de patrio corde) tuo .ſ. cū filio tuo (paraclitū) .i. ↄſolatorē vel ſpiritum ſanctuʒ ¶Tunc ibi. Per quem) ſpᵉ xp̄m filium dei (ſplendor) ſcʒ eternis. ⁊ (honor) .i. gl̄a ⁊ (laus) ſcʒ eterna (continuat) .i. dilatat et ꝓlongat (regnum) ſcʒ tuū. quod non eſt aliud niſi ſummi boni viſio et fruitio ſempiterna. ⁊ (per quē) ſᵉ xp̄m (ſapientia) .i. prouidentia tua et (maieſtas) .i. imperium tuum vel poteſtas tua. ⁊ (bonitas) ſᵉ tua. quia tu es ſummū bonum. ⁊ (pietas) .i. benignitas tua (continuat) .i. ꝑſeueranter tenet (regnū) ſcʒ celorū. et ꝑ quem. xp̄m tu ſumme pater es. texens. id ē diſponens et per fatum ordinans (ſecula) .i. tempora vel regna trāſitoria (perpetuis ſeculis) .i. eternis temporib⁹ ⁊ eternaliter (triplici numine) .i. cum triplici perſona vl' maieſtate diuinitatꝫ Fata em̄ regūt mundum ⁊ omnia ſtant ſub certa lege.

Ita ſanctorum. Materia huius hymni depcationē ꝑſtringit. vt qualiter xp̄s palmaʒ et triumphū obtinens contra diabolum maxime in cruce et morte ſua. ⁊ poſt glorioſam ſui corporis reſurrectionez et aſcenſionē victor euaſit taliter. ⁊ in his feſtiuis dieb⁹ paſcalib⁹ in victo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

ria et gratia ſua ſurſum a carnis voluptatibus nos trahat ne finaliter a
iudice ⁊ victore in profunda inferna p̄cipitemur ⁊ hoc ē quod dt (O xp̄e
deus) exiſtēs (vita ſanctoꝝ) hominū.qꝛ dicis. Ego ſum via veritas
et vita.⁊ sᶜ exiſtens(decus) .i.honor (angeloꝝ) .i. celeſtiū ſpirituum.et
non ſolum illis es decus.ſꝫ etiā es (pariter) .i. ſimul (vita cūctoꝝ pioꝝ̄

Tu tuo letos famulos tropheo nunc
in his ſerua placidis diebus.in quibꝰ
ſacrum celebratur paſca per orbem.
Paſca quo victor rediens ab ymo at
qꝫ cum multis alijs reſurgens ipſe ſuſ
ceptam ſuper alta carnē aſtra leuaſti.
Nunc in excelſis dominus refulgens
et ſupra celos eleuatus inde venturꝰ
homo iudicatus denuo iudex.

vel iuſtoꝝ hominū.quia
vires creſcendi in ꝟtuti-
bus tribus . ⁊ o xp̄e (qui
moriens) ſcꝫ in cruce(ex
ſupaſti) .i. viciſti vel de-
bellaſti(miniſtrū mortꝭ.
.i.dyabolū. qui eue pſua
dēdo pmo induxit mor-
tem ade . tandeꝫ omnibꝰ
poſteris.
¶ Tunc ibi. Tu tuo
A quo miniſtro ꝑ te libe
rati ſumus . ideo tu xp̄e
(ſerua) .i. cuſtodi .ſ. nos
ab eo (nūc) .i. in p̄nti tē-
pore (in his placidis die-
bus) ſcilꝫ tibi placentes
quia a te inſtituti (letos
famulos tuos.gaudētes.tuo tropheo.i.victoria tua.per eam em̄ huma
na caro reuixit ⁊ letatur.in quibus. diebus gaudij leticie vel liberatiōis
vel exitus a captiuitate dyaboli.paſca.i.ſolemnitas paſcalis. celebratur
.i.feſtiuatur.per orbem. id ē per totum mundū ¶ Tunc ibi. Paſca quo
Unde quia paſca hebraica dictio tranſitum ſignificat. q̄lis ergo tranſi-
tus chriſti quem eccleſia cōmemorat vel celebrat fuerit dicit . Paſca.il-
lud feſtum ſolemne.quo.id eſt in quo feſto paſchali.sᶜ chriſtus . rediens
victor.id eſt triumphator.ab ymo. id eſt ab inferno.atqꝫ.ꝓ et sᶜ chriſtus
reſurgēs.a morte ſcꝫ tercia die.cum multis alijs. ſpᶜ hominibꝰ. tuipſe le-
uaſti.i.exaltaſti.carnem .tuā humanā.ſuſceptā . id eſt aſſumptā ex virgi
ne maria.ſuper alta aſtra.i.ſuꝑ oēs celos . qꝛ ibi ſedes ad dexteraꝫ patris
¶ Tunc ibi. Nunc in excelſis Ex quo xp̄s ſic glorioſe aſcendit ex̄ns
dominus.ſuper omnes dn̄os.refulgēs.i.reſplendens. in excelſis.id eſt in
celis sᶜ in omnibus ſanctis.in nobis quidem ꝑ caritatē et fidē ipſis vero
per ſpēm ⁊ fruitōem. ⁊ chriſtus exiſtens.deus eleuatus ſupra celos. id eſt
ſup̄ omnes choros angeloꝝ.qꝛ ip̄e ſolus eſt altiſſimꝰ. ⁊ xp̄s exiſtēs.homo
iudicatus. id ē ad mortem condemnatus a pylato. venturus eſt denuo.
id eſt iterum.inde.id eſt de celo exiſtens.iudex ſcꝫ viuoꝝ ⁊ mortuoꝝ quia
in die iudicij tremendi veniet cuꝫ poteſtate magna ⁊ maieſtate iudicare
oēs gentes ⁊ reddet vnicuiqꝫ ſm̄ opa ſua ¶ Tunc ibi Corda tu ſurſuꝫ
Cum aūt illud ipſiꝰ iudicis ſtrictiſſimū habebitur iudicium . ita ꝙ vix
iuſtus ſaluabit̄. ideo.modo.id eſt in preſenti tempore gratie tu xp̄e tolle
id ē trahe aſſume vel accipe. corda noſtra .i. mētes noſtras.ſurſum .i. ad

te.⁊ ad eum locum (quo) .i. inquo loco es (reſidēs) eternaliter (in alto) .i. in celo exiſtens (dexter patri) .i. ſedet in optimis bonis omnipotentis dei patris (ne) ꝓ vt non (vt non facias) .i. non ſinas nos (reſurgentes) .ſ. a peccatis (p̄cipitari) .i. inprouiſe cadere (in yma) .i. in ꝓfunda loca inferni ¶ Tunc ibi. Hoc pater. Et vt ab inferni penis liberemur rogamus te (pie xp̄e) .i. ſaluator (vt hoc) qḋ petimus (pater) tuus (preſtet) .i. concedat et ꝑmittat nobis (tecum) .i. per tuam interpellationē vl' interceſſionē. et o pie xp̄e (ſacratus flatus) .i. ſpiritus ſanctus (amborum) ſcȝ tā patris q̄ȝ filij (preſtet hoc idem) qḋ petimꝰ (cum quibus) ſcilicet patre et ſpiritu ſancto o pie xp̄e (regnas iugiter) .i. eternaliter exiſtens vnus deus) ꝑ eſſentiam (omni euo) .i. omni tp̄e.

Corda tu ſurſum modo noſtra tolle quo patri dexter reſidens in alto. ne reſurgentes facias in yma precipitari
Hoc pater tecum hoc idem ſacratus preſtet amborum pie xp̄e flatus. cum quibus regnas vnus deus omni iugiter euo Amen

Gnoſcat omne ſeculum veniſſe vite premium. poſt hoſtis aſperi iugum apparuit redemptio
Eſaias que cecinit impleta ſunt de virgine. annunciauit angelus. ſanctuſ repleuit ſpiritus

Gnoſcat omne ſeculū. Hymnus iſte incitat nos ad credenduȝ ſine formidine filiuȝ dei eſſe incarnatū Et ponit primo modum incarnatiōis miſcens figuras aliquas. Secundo deſcribit humilitatē incarnati. ibi Preſepe poni. Tertio ſubdit commoda incarnatōis xp̄i. ibi Adam vetus. hortando finaliter ad credendū. ꝓut facit in ꝑncipio dicens (Om̄e ſeculū) .i. totus mūdus (agnoſcat) .i. ſciat. p̄miū vite eterne ſcȝ xp̄m. veniſſe. id ē natū eſſe in mūdum. ⁊ ita redēptio apparuit nobis. poſt iugum. id eſt poſt ſeruitutē. aſperi hoſtis. id ē dyaboli. de qua ſeruitute nos liberaturꝰ venit. ſicut et fecit poſt mortem ſuam deſcendens ad inferos. patres inde liberās. et ſecū tandem aſſumens in vitam eternā cuius etiā premiū ipſe hic in lr̄a tangitur ¶ Tūc ibi (Eſaias que. dat ordinem incarnatiōis Illa em̄. que eſaias. propheta cecinit. id ē ꝓphetauit dicens. Ecce virgo concipiet ⁊c. (completa ſunt) .i. ꝯſummata ſunt (in virgine) sc̄ maria quia mō xp̄ȝ peperit. vt poſtea dicetur. Etiā (angelus) gabriel (annunciauit) .i. predixit marie xp̄m naſciturū ex ea. vt patet in euāgelio. Luce ꝑmo. Miſſus eſt angelus gabriel ⁊c. ſed ſanctus ſpiritus repleuit .i. adimpleuit vel repleuit. i. beatam virginem gratia diuina illuminauit. ſtatim ſcȝ vt angelo credidit ⁊ ꝯſenſit dicens. Fiat mihi ſm̄ ꝟbum tuum

¶ Tunc ibi. Maria ventre. Hic tangit̄ modus incarnationis xp̄i. (Maria concepit ventre) id ē in vtero ſuo ex (ſemine fidelis verbi) per angelum ſibi dicti. cui videlicet ipſa ꝯſenſum prebuit. ⁊ ſpū ſſanctꝰ dem̄ ſuperuenit ⁊ ipſam fecundauit ⁊ ſic (viſcera puelle) ſcʒ marie (portāt) illū (quē totus orbis nō capit). i. plene capere ſiue intelligere nō poteſt

Maria ventre concepit verbi fidelis ſemine. quem totus orbis non capit portant puelle viſcera

Radix yeſſe iam floruit. ⁊ v̄ga fructū edidit. fecunda partum protulit ⁊ virgo mater permanet

Preſepe poni ꝑtulit. qui lucis autor extitit: cum patre celos condidit. ſub matre pannos induit

Legem dedit qui ſeculo. cuius decez precepta ſunt. dignando factus eſt homo ſub legis eſſe vinculo

Adam vetus quod polluit. adam nouus hoc abluit. tumens quod ille deiecit: humilimus hic erigit

¶ Tunc ibi. Radix yeſſe. figuras adducit (Radix yeſſe) illiꝰ viri. ſcʒ maria orta de ſtirpe yeſſe (floruit). i. florez produxit (iam. et virga) ſcʒ aaron. per quā maria figuratur (edidit). i. produxit (fructū) ſcʒ xp̄m et maria (fecunda). i. fertilis ⁊ fructifera (ꝓtulit ꝑtum). i. filium. ⁊ tamē mater ꝑmanet virgo intacta et incorrupta.

¶ Tunc ibi. Preſepe poni. Ad humilitatem filij dei incarnati oſtendendam nunc deſcendit. dicens Ille (qui extitit). i. fuit (auctor). i. creator (lucis). i. qui fuit tantꝰ vt lucem creauerit (pertulit). i. ſuſtinuit. ⁊ volūtarie paſſus es (poni). i. reponi (preſepe). i. in p̄ſepio. et qui (condidit) id eſt creauit (celos cuʒ patre) in diuis (induit pānos). i. veſtes (ſub matre) ſua maria. hoc eſt. dignatus eſt a matre pānis indui ¶ Tunc ibi Legem dedit. Ecce aliud argumentū humilitatis (Qui dedit). i. poſuit (ſeculo legem). i. modū viuēdi (cuius) legis (precepta ſunt decē). ſ. Unū crede deum ⁊c. (factus eſt hō. dignādo). i. volendo (eē ſub vinculo). i. ſub obedientia (legis) q2 voluit circūcidi. ad tēplū preſentari ⁊c. ¶ Tūc ibi. Adam vetus. Recitat ꝯmoda. q̄ nobis per hmōi filij dei incarnationē ⁊ natiuitatē venerunt hoc modo. ſ. (Nouus adam). i. xp̄s mō natus (abluit). i. mundauit (hoc. qđ vetus adaʒ) purus homo (polluit). i. maculauit trāſgrediēdo mādatū dei ꝑ morſuʒ pomi vetiti. Et (hic). ſ. adā nouus exiſtens (humilimus erigit). i. erexit vel reſtituit tempus pro tempore (quod ille). i. vetus adam (tumēs) ſuꝑbiens (deiecit). i. deſtruxit ⁊ effudit. ¶ Nota ꝙ bene vtitur hic illis ꝓnoibus hic et ille. hic ad proximū ferendo. ille vero ad remotum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

¶ Tunc ibi Iam nata lux. Facit idem qd̄ in verſu precedenti. inuitans finaliter nos ad credendum xp̄i natiuitatē (Lux) .i. redemptio (ē nata) nobis (iam ꝛ ſalus) futura eſt (ꝛ nox) .i. dānatio (fugata) .i. expulſa eſt (ꝛ mors) .i. dyabolus (victa) .i. deuicta vel ſupata eſt (o gentes venite ꝛ credite) fidem adhibete. qꝛ (maria protulit) .i. peperit deum ſcilꝫ xp̄m ſaluatorē noſtrum.

Iſte verſus Gloria tibi dn̄e ꝛc. ꝯmunis eſt etiam alijs hymnis. quare hic omittitur

Iam nata lux eſt et ſalus. fugata nox et victa mors. venite gentes credite deum maria protulit. Gloria tibi domine ꝛc.

Celum choruſcans intonet tell⁹ reſultans perſonet. infernus hians vlulet. humanitasq; iubilet

Hoc iuſticiam ſtillitet· hec veritatez germinet: hic detrimenta congemit. hec incrementa ſuſcipit.

Dum ſemper natus in euo· nō in eui ſimulacro. de virginali vtero adeſt ruenti ſeculo.

Celum choruſcans. Effectus preſentis hymni eſt cōgratulatio de xp̄i natiuitate ſumpta a diuerſis creaturis. videlicet a celo terra inferno ꝛ hominib⁹ cum orōne. vt idem dn̄s iam nat⁹ nos eripiat a tenebris mentis. ſiue peccata a nobis amoueat. (Celū choruſcans.) .i. fulmen ſiue ſplendorez emittens (intonet) .i. fortiter tonet. ſcilꝫ pro iocundo aduentu et natiuitate xp̄i. (tell⁹) .i. terra (reſultās .i. ex iocunditate ſe mouens ꝛ ſaliens (pſonet) .i. pfecte ſonet (infernus) .i. locus damnatoꝝ (hians) vt deuoret animas (vlulet) .i. ſonū triſtē et gemebundū faciat atq; horribilem. quia clauſtra inferni ꝯfringentur. ꝛ preda inde auferet (humanitasq;) .i. hominū ſocietas (iubilet) .i. leticiam mentalē exhibeat de redemptione ſibi ventura per dn̄m iam natum. quaſi diceret omēs creature letent̄ de aduentu filij dei in hunc mundū. Et nota hic. apta adiectiua ꝛ vera pro vna quaq; creatura hic nominata. ¶ Tunc ibi Hoc iuſticiā ſtillitet. Iſte verſus dependet ad precedentē ampli⁹ declarando. qd̄ fit per ꝓnomen demonſtratm̄ hic. (Hoc) celum (ſti!!litet) ſtillando emittat iuſticiam ſcꝫ filiuz dei. vt ibi. et nubes pluant iuſtū (hec) tellus. ſcꝫ beata v̄go (germinet) .i. germinando ꝓducat (veritatē) iuxta illud. Veritas de terra orta eſt (hic infernus (congemit) .i. deflet vel deplorat (detrimenta) .i. damna ſua. ſcꝫ ſpolia ſibi auferenda (hec) humanitas (ſuſcipit incremēta) .i. augmentat̄ ad ꝓfectū. qꝛ deinceps quicūq; homo q̄ velit ſaluari poterit ex gratioſa bonitate dei ſalu⁹ fieri vt ſequit̄ ¶ Tunc ibi. Dum ſemp (Dum) .i. quādo filius dei. natus ſemp in euo. .i. ab eterno. qꝛ natus eſt ante ſecula ſm̄ eius diuinitatē. adeſt) .i. aſſiſtit

ruēnti(ſeculo).i.cadenti et perituro mūdo (de virginali vtero) .ſ. ꝟginis marie. hoc eſt chriſtꝰ natus eſt in mundum ex virgine(nō in ſimulacro evi).i. eviternitatis. quia non modo eterno ⁊ diuino ſine immortalitatꝫ. ſꝫ tēporali. hūano. mortalitatis. et paſſibilitatis. ſicut clarius dicit ꝟſiculus ſequens. Simulacrū penultima producta venit a verbo ſimulo as are. ſicut lauacrum ⁊ aratrum contra prauam conſuetudinez multorum. Et ratio eſt quia ſyllaba naturaliter correpta ꝓduci bene poteſt propter mutam cuz liquida ſequentem producta ꝟo corripi nequaq̄ꝫ poteſt. Item euum pro eternitate hic ponit̄ prout diſtinguitur ſoluz cōtra tempus.

Et factus homo mortalis. quem hominem immortalis immortalem condiderat. mortalem nunc eripiat

Natus ergo in tempore ⁊ natus ante tempora. orto fidei ſidere. mētis tenebras amone

Gloria ſit ingenito. ingenitiq́ꝫ genito ingeniti et geniti. paraclito ſpiritui Amen.

Eſus refulſit omnium pius redemptor gentium. totum genꝰ fidelium laudes celebret dragmatum

¶ Tunc ibi. (Et factus homo) Aliqui libri habent in ſecunda perſona eripias cōdideras ⁊c. facliter aūt adaptari p̄t cōſtructio pro diuerſitate perſonaruz In tercia perſona exponit̄ ſic (Et factus) .ſ. filius dei(homo mortalis) id ē mori potens tꝑaliter (eripiat nunc hominē mortalez) de dānatione perpetua(quem immortalis) ab eterno(cōdiderat).i. creauerat (inmortalem) .i. eternaliter victurum Vn̄ ante in obedientiā ade omis homo fuit immortalis.i. inmortaliter creatꝰ. ſed poſtq̄ꝫ adā de ligno vetito guſtauerat factus eſt omis homo mortalis dupliciṫ. Primo q̄ꝫtum ad corpus. quā nullus effugere poteſt Scdo q̄ꝫtum ad aiām. ⁊ iſtam mortalitatem bene quilibet euitare pōt. per oꝑa bona cooꝑante gratia diuina. cuiꝰ plenitudinē chriſtus iam natus ſecū adduxit ¶ Tunc ibi (Natus ergo) Orōnem facit in ſecunda pſona. et ſic reſpectu ꝟſuum p̄cedentiū apoſtrophat ſi in tercia pſona habeant̄. alias ꝯformiter ꝓcedunt omes in ſecunda perſona (Ergo) tu fili dei (natus in tꝑe) .i. ad mortalitatem(⁊ natus an̄ tꝑa) ſm diuinitatē (amoue) .i. remoue(tenebras) id ē peccata ſiue incredulitates(mentis).i. animi(ſidere).i. lumine claritatꝫ(fidei orto).i. apparente .ſ. nobis ꝑ natū ſaluatorem ¶ Tunc ibi.(Gloria ſit) In hoc verſu laudat autor ſcām trinitatē dicens(Gloria).i. laus(ſit ingenito).i. deo patri (qꝫ) ꝓ et(genito).i. filio(ingeniti).i. patris (et paraclito ſpūi ingeniti ⁊ geniti).i. p̄ris ⁊ filij. qꝛ ſpūſſcūs ꝓcedit ab vtroqꝫ. ⁊ ſic glā ſit toti trinitati. am̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Eſus refulſit. Preſens hymnus ptinet ad celebritatem epiphanie dñi. in quo pmo inuitantur fideles ad laudandū ihm q̇ in terris apparuit. Deīn ꝯmemorātur ꝑ ordinem tria miracula dicte celebritatis et apud vltimum ſubditur deprecatio Finaliter laudatur ſcā trinitas. Dicit pmo ſic. Jeſus pius redēptor omnium gentium) .i. hominum (refulſit) .i. apparuit modo in terris. et ergo (totum genus) id eſt vniuerſa ꝯgregatio (fidelium) ſcȝ chriſti (celebret) .i. celebriter et ſolemniter dicat (laudes dragmatum) id ē canticorum alternatim ſibi reſpondentium.

Quem ſtella natum fulgida monſtrat micās in ethera. magoſqȝ duxit preuia ipſius ad cunabula Illi cadentes puulum pannis adorant obſitum verum fatentur vt deum. munus ferēdo myſticum: Denis ter annorum ciclis iam parte viuens temporis. lympham petit baptiſmatis. cunctis carens contagijs Felix iohannes mergere illū tremiſcit fulmine. poteſt qui ſuo ſanguine peccata coſmi tergere. Nos chriſte ſubnixa prece oēs precamur protege: qui precipis rubeſcere aquas potenter hydrie

Drama atis ſine g ſcribitur. ſed dragma e per ch vel ſcdm aliqs per g. quod eſt gen9 ponderis ſiue nummiſmatꝫ

¶ Tunc ibi. Quē ſtella Quem. s[c] ieſuȝ (fulgida ſtella micās) .i. ſplendēs (in ethera) id ē per aera (mōſtrat natum) s[c] eſſe (qȝ) ꝓ et (preuia) id eſt precedens (duxit magos id eſt tres reges (ad cunabilia) ſcȝ preſepiā (ipſius) ſciliceȝ ieſu iam nati Hic tangitur primum miracnlū ⁊ etiam in verſu ſequenti. ¶ Tunc ibi Illi cadētes. Illi) ſciliceȝ magi (cadētes) puoluti in terrā (adorāt paruulū id eſt paruū puerum ſcȝ ieſum (obſitum) id ē circūdatim ⁊ circūpoſitum pannis) veſtib9 ⁊ faſcijs. et (fatentur) .i. recognoſcunt parunlū (vt verū deū ferendo) .i. portādo ſecū ⁊ offerēdo (myſticū munus) .i. dona figurātia ponitur ſingulare ꝓ plurali. ſ. aurū thus et myrha ¶ Tunc ibi Denis ter In hoc vſu ⁊ ſequenti ponit ſcdm miraculuȝ preſentis diei ſcȝ baptiſmatis dñi ſuſceptus a iohāne hoc die. Jeſus ergo (viuens iam denis ciclis) .i. reuolutionib9 (annoꝝ ter) hoc eſt tringinta (pte tpis) ſui petit) .i. accedit (lympham baptiſmatis) .i. aqȝ baptiſmi. tū (carēs cunctis ꝯtagijs) .i. peccatis. in quoꝝ abſolutōem hmōi baptiſmus ordinabatur. ¶ Tunc ibi. Felix iohānes (Felix) .i. beatus (iohānes. ſ. baptiſta (tremeſcit) .i. tremere incipit (mergere) .i. baptiſare (illum) ſcȝ iheſum in (flumine) .ſ. iordane (qui pt tergere) .i. abluere (peccata coſmi) .i. mūdi (ſuo ſauguine) ſicut fecit tpe paſſionis ſue ⁊c. ¶ Tūc ibi (Nos chriſte) Hic ꝯmemorat terciū miraculū. ſcȝ de aqua ꝯuerſa in vinū faciēdo per idem obſecrationem ad chriſtū. O (xp̄e) nos (pcamur) id eſt ora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

mus(ſubnixa prece).i.humili et deuota(protege) id eſt protegas(nos
om̄es) tu(qui precipis) id eſt mandas in nuptijs(potenter) quia diui-
na virtute(aquas hydrie).i. vrne lapidee(rubeſcere) id eſt rubeas fieri
ſcȝ in rubeum vinum cōuerti ¶ Tunc ibi(Laus trinitati) De his
que dicta ſunt (debita laus) id eſt congrua (Honor poteſtas gloria) id
eſt clarificatio ſeu glorificatio ſit(trinitati)reddendo ſingula ſingulis(ꝑ

Laus trinitati debita. honor. poteſ-
tas. gloria perhēniter ſit omnia per ſe
culorum ſecula Amen

Deus creator omnium poliqȝ
rector: veſtiens diem decoro
lumine: noctem ſoporis gra-
tia. Artus ſolutos vt quies reddat la
boris vſui. menteſqȝ feſſas alleuet. lu
ctuſqȝ ſoluat anxios. Grates peracto
iam die: et noctis ex ortu preces. vo-
tis reos vt adiuues hymnum canen-
tes ſoluimus

henniter) id ē perpetuo
et deinceps (per om̄ia ſe-
cula ſeculorum) id ē eter
naliter Seculum eſt ſpa
cium centum annorum
quod repetitum in ſe per
petuitatem deſignat Si
mile eſt cum dicitur tp̄a
temporum ⁊ in generati
one et gn̄ationem ⁊c.
Deus creator. Ma-
teria huius hymni
eſt deprecatio ad deum.
vt per diem et noctem ſi
mus ab illo adiuti et de
fenſi a noxijs Tres ver-
ſus primi ſibi coherent ⁊
ita cōmode legentur ſi-
mul. Primus verſus ex
ordium ſumit a qualita
tibus dei. et noctia hoc
modo. O(deus creator

omniū) rerū(qȝ) ꝓ et(rector poli.i.celi (veſtiens) id eſt exornās (diē)
ſcȝ artificialem(decoro lumine) id ē claro ſole.⁊ veſtiens(noctem) id ē
tempꝰ nocturnū (gratia ſoporis) id eſt q̇ete dormitōnis.et hoc in finem
ſequit̄. ¶ Tūc ibi Artus ſolutos.(vt) ſcȝ (quies).i. requies nocturna.
reddat).i.reſtituat(vſui).i.exercitio laboris.artus ſolutos.i.mēbra diſſo
luta ⁊ eneruata ꝑ motus diurnos(qȝ) ꝓ et (alleuet).i.recreet(mentes
feſſas).i.aīos fatigatos ꝑ diē (qȝ) ꝓ ⁊(ſoluat).i.tollat (anxois luctus)
.i.anguſtas triſticias mentis.quaſi diceret Ad hoc veſtit deꝰ noctē grā
ſoporis vt aīālia feſſa per labores diurnos intrinſece ⁊ extrinſece ꝑ req̇eȝ
nocturnā reficerent̄. anguſtie q̊qȝ in die occurētes ꝑ eandē req̇em depo
nerent̄ ac obliuiſcerent̄ ¶ Tūc ibi. Grates peracto. Hic ꝑficit̄ ſentētia
ꝟſuum p̄cedentiū.et ſit grāꝝ exhibitio cum orōne in hunc modū O deꝰ
creator oīm ⁊c.nos(canētes hymnū) hoc canticū laudis(ſoluimꝰ).i.red
dimus tibi(votis).i.deſiderijs totis (grates).i.gratias(die ꝑacto).i.ad
finē ꝓducto(iam).i.nūc.hoc eſt q2 feliciter diē pn̄tem trāſiuimꝰ(et) ſc
ſoluimꝰ (p̄ces votis).ſ.oibꝰ. in (exortu).i. ꝓncipio aduentꝰ noctis (vt
adiuues).i.auxilium des nos(reos).i.criminoſos hoies Et breuit̄ vt ita
cuſtodias nos nocte futura ſicut feciſti de q̊ grās dicimus die preterita

¶ Tunc ibi (Te cordis) Et ergo (yma) id eſt intima (cordis concināt id eſt laudent (te) ſcilicet deum. et (canora vox) id eſt dulciter canens (ꝯcrepet te) id ē ꝯcrepando laudet. et (amor caſtus) id eſt pudicus (diligat te. ⁊ ſobria mens) .i. ſobrie viuens (adoret te) q̄ſi diceret Ita adiuues o deus nos reos ⁊ qualificatos ſerues omni tempore. vt ex totis viribus te laudare ⁊ honorare poſſumus. Et eſt modus excellentis laudis deo exhibende ordinatus in finez qui ſequitur. ¶ Tunc ibi (Ut (vt cum) id eſt quando. (profunda caligo) id eſt denſa obſcuritas (noctium clauſerit) id eſt finierit (diem noſtrum extremum (fides noſtra (neſciat tenebras) id eſt hereſes ſeu peccata quib⁹ obſcuretur (et nox luceat) tamen (fidei) ita ꝙ noctis tempore virtus fidei in nobis ſemper eluceat ¶ Tunc ibi Dormire mentem) Et ob id o deus (ne ſinas) id eſt nō permittas (mentem) id eſt cor noſtrum (dormire) id eſt ſopori intendere ꝙ tuum ſeruitium per h̄ deficiat ⁊ negligatur. ſed (culpa) id eſt peccandi pronitas ſeu inclinatio (nouerit dormire) .i. quieſcere ceſſare (fides refrigeret) .i. frigidos faciat (caſtos) .ſ. nos pudicos. ſic ꝙ extinguat in nobis calores paſſionū noxiaꝝ. ⁊ tēperet) .i. mitiget (vaporē) .i. dulcedinem et delectaōem (ſomni) ne .ſ. indiſpoſiti fiam⁹ ad te laudandū om̄i tēpore ¶ Tunc ibi. Exuta ſenſu. Hic declarat latius v̄ſus p̄cedens. ſic (alta) .i. eleuatōes cogitādi (cordis) ſcꝫ noſtri (exuta) .i. denudata a. (lubrico ſenſu) .i. imūdo ꝯceptu (ſomniēt te) .i. habeāt te ꝓ materia ſomniādi (ne pauor) .i. met⁹ vł fragilitas (ſuſcitet) .i. expgefaciat (q̇etos) nos in aīo (dolo) .i. ꝑ dolū (inuidi hoſtis) .i. diaboli. q̇ inuidet ſꝑ paci. ⁊ trāquillitati animi nr̄i. ⁊ laborat ſuggeſtionib⁹ ſuis nos inſtigare ad p̄uos actus. ¶ Tūc ibi (Chriſtū rogem⁹) Iſta ē oratio ad ſcām trinitatē. sͨ nos (rogemus xp̄m) .i. filiū dei (⁊ p̄rez) in diuinis. ⁊ ſpūm chriſti patriſqꝫ) .ſ. hoc modo o trinitas) sͨ exiſtēs (vnū) .i. vna eſſentia (potēs ꝑ om̄ia) .i. in celo et in terra ⁊c. (foue) .i. nutri. ⁊ ſuſcipe (precantes) .i. nos rogantes Amen

Te cordis yma concinant. te vox canora cōcrepat. te diligat caſtus amor te mens adoret ſobria

Ut cum profunda clauſerit diem caligo noctium. fides tenebras neſciat. et nox fidei luceat

Dormire mentem ne ſinas: dormire culpa nouerit· caſtos fides refrigeret ſomni vaporem temperet

Exuta ſenſu lubrico te cordis alta ſomnient ne hoſtis inuidi dolo pauor quietos ſuſcitet

Chriſtnm rogemus et patrem. chriſti patriſqꝫ ſpiritum. vnum potens ꝑ omnia. foue precantes trinitas

Iam ter quaternis. Tpe quadragesimali iste hymnus canit̃. et eſt eiꝰ intentio hortari ⁊ incitare ad ſobrietatē ⁊ caſtitatē. vt nō polluamus aiās noſtras ex crapula cibi ⁊ potus Et introducitur materia de qualitate tpis. videlicet ab horis quibꝰ dies currit ad finē ⁊c. et inde deſcēditur ad intentionem p̄dicta exponit̃ ſic (Dies trahitur) .i. ducitur (ad veſpex) .i. ad finem ſuū (iam) ſcʒ circa feſtū beati Gregorij pape (ter q̄ternis horis) .i. duodecim. quibꝰ horis effluxis (ſol) ille planeta eſt (prenuncians occaſum) ſuū et (tpa noctis redire) .i. q̄ redeant. ¶ Tunc ibi Nos ergo. Hic poſt deſignationem tpis mō currentʒ incipit autor deſcendere ad intentionem ſuam dicēs (ergo nos tutemus) .i. tuta et ſecura faciamus (caſta pectora) id eſt munda corda. (ſigno domini) .ſ. crucis ſancte (ne) p̄ vt nō (ille callidus ſerpens) id eſt aſtutus dyabolus (temptet) .i. querat vel inueſtiget (aditū) .i. aggreſſum (intrādi) in dicta noſtra pectora caſta. q̄ dyabolus circuit tanq̄ꝫ leo rugiens querēs quēʒ deuoret

Iam ter quaternis trahit̃ horis dies ad veſperū. occaſum ſol prenunciās noctis redire tempora Nos ergo ſigno domini tutemus caſta pectora. ne ſerpens ille callidus intrandi temptet aditum Sed armis pudicicie mens fulta vigil libere ſobrietate comite hoſtem repellat improbum. Sed nec ciborum crapula tandem diſtendat corpora ne vi per ſomnum animam ludiſicacam polluat.

Gloria tibi trinitas: equalis vna deitas ſit ante cuncta ſecula ⁊ nunc ⁊ in p̄petuum Amen

Tunc ibi. Sed armis Quō dependet his v̄ſus ad p̄cedentē (Sed vigil mens .i. cor vigilans (fulta) .i. ornata vel adiuta (armis pudicicie) id eſt caſtitatis (repellat) .i. expellat vl' amoueat (libere) .i. impune ⁊ ſine timore (improbū hoſtem) .i. malicioſum diabolū (ſobrietate comite) .i. comitante. ¶ Tunc ibi. Sed hec) Etiā non (crapula) .i. ſupfluitas (ciborum diſtendat) inertia faciat ⁊ pigra (corpora) noſtra (tandem) .i. finaliter (vt) p̄ vt nō improbus hoſtis dyabolꝰ (polluat) .i. maculet vel cōtaminet p̄ mali ſuggeſtionē (animā) noſtrā (ludificatā) .i. deceptā (per ſomnū. Et bñ q̄ venter mero eſtuans de facili ſpumeſcit in libidinē Et grauitas ſomni q̄ poſt crapulā venit. facit vt incautiores ſimꝰ ⁊ imbecilliores ad reſiſtendū inſidijs dyaboli. ¶ Tunc ibi. Gloria tibi Laudat̃ trinitas vt moris eſt pꝰ oēs hymnos O (trinitas) impſonis exn̄s (vna eq̄lis deitas) in eſſentia (gloria) .i. laus clara (ſit tibi ante cunta ſecula) .i. tpa (⁊ nunc) in p̄nti (⁊ in p̄petuum .i. ſemper in futuro

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Expoſitio hymnorum

Ummi largitor. Hic hymnus ſeruit ꝓ tpe quadrageſimali In q̄ autor rogat deū vt dignetur ſuos deuotos famulos exaudire ꝯſcientias noſtras mūdare. ieiuniū quoqꝫ noſtrū acceptare. vt eo mediante digne capiamus paſcalia ſacramenta. Dicit ꝑmo ſic. o (largitor) .i. dator (ſummi premij) .i. etne beatitudinis (qui es vnica ſpes mūdi) .i. in quē ſolū mundus debet ſperare. ipē em̄ eſt ſolꝰ dn̄s a quo omne bonū deſcēdit. et alij ſancti ꝓ nobis intercedere poſſunt apō dn̄m. vt obtinere poſſimus rogata nr̄a ſed largiri nobis principal̄r non pn̄t. Etiam ſua incarnatione ⁊ paſſione necnō et morte precipue redempti ſumus. ⁊ nō paſſionibꝰ alioꝝ ſanctoꝝ. quare merito dr̄ vnica ſpes mundi (intende) .i. attēde ⁊ ſuſcipe (preces ſeruoꝝ) tuorū. noſtras videlicet (clamantū deuote) .i. humiliter (ad te) .i. ad tuā miſericordiam ¶ Tunc ibi.

Ummi largitor premij ſpes qui es vnica mundi preces intende ſeruorum ad te deuote clamantum. Noſtra te conſcientia graue ſe offendiſſe monſtrat: quā emunda ſuplicamus ab omnibꝰ piaculis Si rennuis quis tribuet. indulge. qꝛ potens es. ſi corde rogamus mundo. certe debes ex promiſſo Ergo accepta hoc noſtrum qui ſacraſti ieiuniū. quo miſtice paſcalia capiamus ſacramenta

Noſtra te. Hic more patientis et infirmi detegit primo vulnus. i. defectū ſuum. ⁊ exinde opem medicantis implorat hoc modo. ſ. (Noſtra conſcientia) id eſt ratio diſcretiua (monſtrat) id eſt indicat ⁊ fatetur (ſe offendiſſe) id ē ad iracundiam prouocaſſe et ꝯmouiſſe (te graue) id eſt grauiter (quam) conſcientiā nos (ſupplicamus) o xp̄e (emunda) .i. purga (ab omnibus piaculis) id ē mendis et maculis peccatorum. ¶ Tunc ibi Si rennuis. Diſputat bono modo cū dn̄o. quia (ſi rennuis) id ē negas vel recuſas preces noſtras exaudire ⁊ cōſcientiā noſtram purgare a criminibꝰ (quis tribuet) quaſi diceret nullꝰ. quia tu ſolus pctā dimittis. ergo (indulge) id eſt pctā dimitte. adhibe medelam et ꝯdeſcende nobis ad ſubueniendū. qꝛ tu potens es. i. tu ſolus ex om̄ipotentia tua habes Tibi em̄ ꝓpriū eſt miſereri ⁊ ꝑcere. quare qȯ maius eſt (ſi nos rogamꝰ mūdo corde) .i. puro ꝯtrito ⁊ ꝯfeſſo corde. tu (debes) .i. teneris (certe) .i. veraciter (ex ꝓmiſſo) .i. ex ꝓmiſſione. Dixiſti em̄ ad petrū. ꝙ dimitteret peccata nō ſolū ſepties. ſed ſeptuagieſſepties. Et alibi dr̄ In quacūqꝫ hora ingemuerit pctōr. iniquitatum eius nō recordabor Et ſic qꝛ ꝓmiſiſti o deus quaſi ex debito obligaris ¶ Tunc ibi. Ergo accepta. Concludit cū orōne (Ergo) qꝛ tu potēs es ⁊ teneris pio mō ex ꝓmiſſo. tu (q̇ ſacraſti ieiuniū) ꝑſonaliter ieiunādo (accepta) .i. ſuſcipe vel gratū habe (hoc noſtrū) ieiuniū qȯ facimꝰ (q̇) mediāte vt (capiamus)

.i.accipiam⁹(paſcalia ſacramēta) .ſ. confirmatione corporis et ſanguinis tui(miſtice).ſ.ſacramētal'r ⁊ digne cū effectu ¶ Tūc ibi Summa nobis(ſumma trinitas)pſonaꝝ(in deitate cōferat nobis) .i. tribuat vl' cōferre dignetur(hoc)qđ ſtatim rogatū eſt (in qua trinitate)(vnꝰ deus) per eſſentiā(gloriat̄).i.letat̄ ⁊ regnat (ꝑ cuncta ſecula) .i. eternalit' Amē

Summa nobis hoc conferat in deitate trinitas. in qua gloriatur vnus per ſecula cuncta deus Amen

Ihesu quadragenarie dicator abſtinentie. qui ob ſalutē mentium hoc ſanxeras ieiunium. Quo paradiſo redderes ſeruata parcimonia quos inde caſtrimergie huc illecebra depulit Adeſto nunc eccleſie: adeſto penitentie: qua ꝓ ſuis exceſſibus orat profuſis fletibus. Tu retroacta crimina tua remitte gratia. ⁊ a futuris adhibe cuſtodiam mitiſſime

Ihesu q̄dragenarie de recommendatiōe ieiunij ē hymnꝰ iſte. Iſte dirigitur orō ad ihesū filium dei tanq̄m ad eam efficacē ieiunij et inſtituentē primitus ad finē. vt in lrā. Primi tres ꝟſus ꝯdependēt. vt patebit Ita ergo exponat̄ ꝑmus ꝟſus O(iheſu dicator).i. ſanctificator et ꝯfirmator(quadragenarie abſtinētie).i. q̄drageſimalis ieiunij Quadragenarius q̇nquagenariꝰ ⁊c. totū numerū collecti dicunt. ſed q̄drageſimus quinquageſimus ⁊c. dicunt dūtaxat vltimum ex nūero(qui ſan xeras) .i. inſtitueras ⁊ ſanctificaueras dū adhuc in terris cōuerſabaris q̄draginta dies ꝯtinuo ieiunās nobis in exemplū (hoc ieiunium) qđ ſeruandū ſingulis annis eccleſia de poſt ordinauit(ob ſalutē) .i. ꝓpter redemptionē ⁊ vtilitatē (mentiū) aiāꝝ nr̄aꝝ. ꝓut ſeq̄tur. Nūc ibi. Quo paďiſo(quo).i. vt tu(redderes)reſtitueres (paďiſo)celeſti.et ħ dico. pcimonia ſeruata.i. abſtinentia volūtaria cibi ⁊ potus cuſtodiat et obſeruata.ſᶜ illos hoies.quos illecebra.i.pctm̄ vel actio illicita.caſtrimergie. vel potius caſtimergie.i.caſtitatem mergentis. hoc eſt guloſitatis ⁊ inordinate ſumptionis cibi ⁊ potus. vnde cadimus in incontinentiam. eum a ꝯtrario ſine cerere ⁊ bacho frigeat venus. depulit.i. expulit. inde.i. a paradiſo. huc.i. in hunc mundū vallem lachrimaꝝ ⁊ miſerie. Tunc ibi Adeſto nūc. Hic ꝑficit̄ ſīna prioꝝ verſuum ſic. O iheſu. Adeſto nūc eccleſie. tue militāti ꝯtra hoſtes ſuos. adeſto penitentia. vt te adiuuāte ꝑficiat̄ (qua)penitentia(orat eccleſia(ꝓ ſuis exceſſibꝰ).i. peccat:s ⁊ hoc dico. fletibus.i. lachrimis profuſis. id eſt effuſis ¶ Tunc ibi Tu retroacta Alia petitio in hūc modū. O ieſu. tu remitte.i. dimitte ⁊ indulge. crimina. noſtra. retroacta. id eſt pus facta. tua gratia.i. per tuā benignitatem

et o(mitiſſime) ihu(adhibe cuſtodiā).i.ꝯcede nobis grām cauēdi (a futuris)criminibꝰ.⁊ ne recidiuemus in pus ꝯmiſſa.cōfeſſa.⁊ iā remiſſa in finem ſeqntem. ¶ Tūc ibi. Vt expiati (vt) nos expiati).i.mundati a peccatis noſtris(annuis victimis).i.ſacrificijs ſingulis annis fieri ſolitꝫ in ꝯmemoratione actionis xpi (ieiunioꝝ.tendamus).i.ꝓcedamꝰ ⁊ ꝑueniamus melius diſpoſiti (ad gaudia paſcalia).i. paſchales ſolēnitates(colenda) agenda ⁊ exercenda(digne).i. debite laudabiliter ⁊ decenter Illa eſt etiā vna cā inſtitutionis ieiunij inter alias cōplures.vt ꝑ ipm fiamus magꝭ ydonei ad celebrādum paſcha. ⁊ ad capiendum paſcalia ſacramēta ſicut tetigit hymnꝰ precedens in quarto verſu

Ut ex piati annuis ieiuniorum victimis . tendamus ad paſcalia digne colenda gaudia

Nunc tempus acceptabile.fulget datuz diuinitus . vt ſanet orbem languidum . medela parcimonie · Chriſte decoro lumine dies ſalutis emicat.dum corda culpis ſautia reformet abſtinentia: Hanc mente nos ⁊ corpore deus tenere perfice. vt appetamus proſpero perhēne paſcha tranſitu

Nunc tempus ⁊c. Hymnus iſte q̄dragesimalis eſt . in quo autor glorioſum hoc tēpus ieiunij plurimū recōmendat.quatenꝰ ꝓderit cordibꝰ ſaucij rogās finaliter . vt hoc mediante ieiunio poſſit feliciter appetere ꝑhenne paſca Exordit ergo primo ſic Acceptabile tempꝰ).i.ydoneū acceptū ⁊ delectabile(datū).i.ꝯceſſum ordinatum ⁊ inſtituū (diuinitus).i.a deo(fulget).i.ſplendet apparet vł currit(nūc) ad hoc ſcꝫ(vt medela).i.medicina(ꝑcimonie).i.ieiunij (ſanet .i.ſanū reddat(languidū orbem).i.infirmū genus humanū. quo ad corpus.ſ.qꝛ natura hoc tꝑe ſe purgare ſolet adiuta ꝟtute natuli ſolis aſcendentis.⁊ quo ad animā.vt dicet verſus ſequens ¶ Tūc ibi. Criſte decoro. O(xpe dies ſalutis) ſcꝫ vt redeamus ad te(emicat).i.ſplendet(decoro lumine).i.pulchra claritate (dum) ꝓ qn̄ (abſtinētia) cibi et potus (reformet).i.reparet vel iteꝝ ſanet(corda ſaucia).i. vulnerata (culpis) .i.peccatis Abſtinētia em̄ hoiem q̄lificatū facit.ad recogitandū ſe et redeundū ad cor. Et qua re ſequi ſolet contritio ⁊ ꝯfeſſio et ſuſcipi ac perfici condigna penitētia.que ſunt medicina ⁊ ſalus ſaucie ⁊ peccatricꝫ anime quare orat vt ſequitur ¶ Tunc ibi. Hanc mente. O (deus perfice) id ē fac(nos tenere).i.ſeruare(hanc) abſtinentiā (mente).i.in anima(⁊ corpore) in illum finem videlicet(vt appetamus).i.deſideremꝰ (ꝑhenne paſcha) id eſt chriſtum iheſum poſt hanc vitam (proſpero tranſito) id eſt felici curſu in hac vita.

Per totum annum lꝫ

o Nazarene dux. Iſte hymnus pulcherrimus eſt pro quadrageſi-
ma diuini miſterij pariter ⁊ humilitatis ſtudij locupletiſſim⁹ ha
bens complures verſus preter hos tres. ſꝫ illi cōmuniter non cantantur
Quibus omiſſis in horū trium verſuum primo autor inuocat chriſtuꝫ
vt ſanctificet noſtrū ieiunium. In ſecundo recōmendat ipſum ieiuniū
In tercio laudatur tri-
nitas. Primus v̈ſus hoc
dicit.

Nazarene dux bethleem. ver-
bum patris. quem partus alui
virginalis protulit. adeſto caſtis criſ-
te parcimonijs. feſtumqꝫ noſtruꝫ rex
ſerenus aſpice ieiuniorum dū litamus
victimam   Nil hoc profecto pu
Aſcendat (Hymnus alius de ſancto Laurentio in quo primo petit autor vt vox ⁊ cantus laudantiū deū in hac die beati laurētij penetret celos. ita vt audiatur pariter et exaudiatur. Secundo petit vt ipſe beatus laurentius pro nobis rogare velit dn̄m ⁊c. ibi. (Ipſe dignetur) Dicit g̊ ſic (vox) .i. oratio (atqȝ cantus omnium) .ſ. deuotorū hominū (collaudantiū) id ē ſimul laudantiū (te deum ꝯſcendat) .i. aſcēdat (vſqȝ ſydera) .i. aſtra (qȝ) pro et (pulſet intima) .i. interiora et ſecretiſſima (celi) vbi ſcȝ eſt deus cum ſanctis ſuis. ſic vt vox noſtra audiatur ⁊ exaudiatur. eo modo ſicut in veteri teſtamento. quando fumꝰ ſacrificij oblati aſcendit in celum. qꝛ hoc erat ſignū ꝙ acceptū eſſet apud deum. Simile eſt apud pſalmiſtam. Dirigatur domine oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo ⁊c. Sidus et ſtella differunt. qꝛ ſidus ꝓprie coactio ſtellarum eſt. vt thaurus aries. Stella ꝟo vnica eſt et ſola ¶ Tunc ibi (Adeſt nāqȝ (Namqȝ) pro quia (feſtiuitas) id eſt ſolemnitas (adeſt) preſens eſt (et venerabilis dies) .i. celebris et honorabilis (in qua) ſcȝ die beatus laurentius ingreſſus eſt celum pro meritis) id eſt ꝓpter merita ſua. bona opera ⁊ virtutes in retributionem premij prout clarius ſpecificatur in verſu ſequenti. Martyrium autem qđ hodie ſolitur beati laurentij et eius virtutes hanc diem venerabilem ⁊ feſtiuam reddunt. quemadmodū bene dicit littera.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Qui ſuperatis ignibus ꝛ impijs tortoribus. ſeuis deuictis hoſtibus nūc gaudent in celeſtibus

Ipſe dignetur dominum rogare clementiſſimum. vt ab eternis ignibus nos ſoluat et demonibus

Maria mater domini eterni patris filij. fer opem nobis omnibus ad te confugientibus.

Deum de deo genitum: tu genuiſti filium. qui non habet initiū in te ſumpſit exordium

¶ Hinc ibi (Qui ſuperatis (Qui) ſcilicet laurentius (ignibꝰ) carbonū (ſuperatis ꝛ impijs tortoribꝰ). i. crudelibꝰ punitoribꝰ. qꝛ miniſtrantibꝰ prunas inſultabat leuita xp̄i eos deridendo et prunas ipas pro nihilo reputādo. vñ dixit valeriano. Carbones tui mihi ſunt refrigeriū. tibi aūt ſuppliciū eternū. Et ad Deciū dixit. Aſſatus ſum. iam verſa et manduca Et ſic (gaudet nūc in celeſtibꝰ) ꝛ hoc dico ſeuis hoſtibꝰ deuictis). i. diabolis ſuperatis. Seuus a um. i. crudelis. ſeuerus. i. magnꝰ et fortis ¶ Tūc ibi (Ipſe dignetūr) Subiungit petitio que elicit ex verſu p̄cedēti hoc mō. Quia beatus laurentius ignem carbonum ſuperauit et hoſtes dyabolos cōuicit. ergo a ſi[li]i (Ipſe) ſcꝫ laurentiꝰ (dignet rogare). i. velit orare (clementiſſimū dominū) noſtrū ieſum xp̄ꝫ (vt) idem dñs (ſoluat) id eſt liberet (nos ab eternis ignibꝰ) inferni (ꝛ demonibꝰ) id eſt dyabolis Clemens dꝛ qui de iuſto multū remittit ꝛ qui non eſt multum iraſcibilis. Deo patri ꝛc. patet ſatis per ſe

Maria) Iſte hymnus dirigit ad dñam noſtrā qui cantat in natiuitate ſua Et diuidit. qꝛ autor p̄mo ponit opē fieri ab ea omnibus ad eā ꝯfugientibꝰ Scd̄o ad recōmendatiōem marie virginis d̄t quō deꝰ ex ea incarnatus eſt. ibi (Deū de deo) ſubiūgens illius rei vtilitatē ibi (Hinc naſci) Dicit ergo p̄mo O (maria mater dñi) xp̄i ieſu ſm̄ humanitatē (filij eterni patris ſm̄ diuinitatē (fer) . i. da (nobis omībꝰ ꝯfugientibꝰ ad te) . i. acceſſuꝫ habentibꝰ (opem) . i. auxiliū. ꝛ bene potes. qꝛ filius tuꝰ te nihil negans honorat ¶ Tunc ibi. (Deum) Hic ponit modū incarnatiōis xp̄i dei ex maria. ac per id obſecratio noſtra de ope ferēda ꝯfirmat. quaſi diceret fer opem. ꝛ merito. qꝛ (tu genuiſti) dñm a quo om̄e bonū ꝛ om̄e auxiliū pendet (filiū) ieſum xp̄m exiſtētem (deū) filiū (genitū de deo) patre. h̄ eſt dei patris deū filiū. et (q̇ nō hꝫ initiū) diuinitatis. qꝛ eternus (ſumpſit) accepit (exordiū) humanitatis ſue p̄ncipiū (in te) ſcꝫ maria. De deo. i. a deo. ꝛ ſic deponit improprie ꝛ nō prout dicit circūſtantiā cauſe materialis Exordium p̄prie initiū loquēdi dicit apud oratores a quo incipiunt beniuolentiam auditoꝝ captantes. hic vero ponitur pro principio incarnationis.

¶ Tūc ibi (Celum terramqȝ) Plura dt hic ad recōmendationem matris marie (Qui regit celum terramqȝ) ſcȝ deus domin⁹ omnium. cui obediunt celeſtia ⁊ terreſtria (extitit) id eſt fuit (formatus) .i. factus de ſpiritu ſancto (in te ſcȝ maria. et ille (quem totus mund⁹ non capit) .i. nō ſufficit plenarie capere ꝯprehendere ſeu intelligere. quia incōprehenſibilis. immenſus. et infinite ꝟtutis eſt. ⁊ ſic a virtute finita capi ⁊ intelligi nō poteſt (iacuit) id ē quieuit (in tuo ventre) id ē in tuo vtero ſcilȝ carnaliter. Et in iſto elucet ſpecialis dignitas et ſingularis gratia virginis marie quatenus digna fuit dn̄m et creatorē celi et terre in vtero ſuo portare et in mundū edere

Celum terramqȝ qui regit in te formatus extitit. quē mundus totus nō capit in tuo ventre iacuit

Deus et homo naſcitur vnus et chriſtus colitur. ieſus redemptor omniuȝ ſaluator atqȝ gentium

Hunc naſci nobis profuit: a morte nos eripuit. pro nobis ipſe mortuus ⁊ nos per illum viuimus

¶ Tunc ibi (Deus ⁊ homo) Clarius hic deſignat fructū vētris glorioſe virginis marie. quia deus ⁊ homo fuit ⁊c. In quo etiam oſtendit̄ maxima beniuolentia dei ad nos homines. maxima quoqȝ humilitas. vt de ſolio glorie ſue deſcenderet in vterum ꝟginis marie. dolores et miſerias humane fragilitatis vna nobiſcum et ꝑ noſtra redemptione paſſurus. Dicit ergo ſic. (Deus et homo naſcitur) ſcȝ ex te ꝟgine maria. Deus em̄ fuit. ⁊ homo factus eſt. non tamen duo ſed vnus eſt chriſtus. quare ſequitur (et colitur vnus criſtus) non homo ꝑ ſe. nō deus per ſe. ſed vnus chriſtus ex duabus illis naturis. q̊ nominat̄ (ieſus redemptor) id eſt liberator) atqȝ ſaluator omniū gentiū.) id eſt hominū. Uel ſic poteſt cōſtrui (Ieſus redemptor ⁊c. naſcit̄ deus et homo ⁊ colitur vnus chriſtus) Ieſus interpretatur ſaluator. ⁊ ſic aptum nomen eſt filij dei ꝑ nobis incarnati. qd̄ et ab angelo impoſitum eſt ei prius q̄ȝ in vtero cōciperet̄ Luce .ij.

¶ Tunc ibi (Hunc naſci) Ponit hic vtilitatē incarnationis et natiuitatis dominice ex ꝟgine maria. dicens (Hunc) ſcȝ filium dei (naſci) in hūc mundum (profuit) .i. vtile fuit (nobis) ſcȝ hominibus. qꝛ ip̄e (eripuit nos) .i. liberauit (a morte) ſcȝ a ꝑpetua damnatione. quaȝ incurrim⁹ ex peccato primi noſtri parentis ade. vn̄ (ip̄e mortuus in patibulo crucis (pro nobis) .i. ꝓpter nos ab eterna morte liberandos. Iuxta illud. O mors ero mors tua ⁊c. (et) ſic (nos viuimus) .i. vitā eternam habeam⁹ (per illum) ſcȝ ieſum xp̄m. Propter pctm̄ ade om̄es eiecti eram⁹ et excluſi a vita eterna ſiue gloria celeſti ad quā nūc pertingere poſſum⁹ ſi volumus beneficio paſſionis et mortis dominice. Vel (viuimus) tam vita inferiori qȝ ſuperiori. qꝛ ſemper ſtamus ſub gubernatione chriſti. Un̄ Siue viuimus ſiue morimur domini ſumus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Ymnum canamus In laudē beati Lamberti epiſcopi ⁊ martiris factꝰ eſt hic hymnꝰ In quo admouemur laudare xp̄m regē glorie de victoria martiris lamberti que hodie cel̄r declaratis meritis ⁊ v̄tuti bꝰ ſanctitatis ſue Et in fine ponit̄ ⁊ narrat̄ occaſio mortis ſue. ibi Crimē pippini. Sic hortat̄ nos autor (canamꝰ) .i. cātemus vel dicamus (hym

Ymnum canamus gratie criſto qui rex eſt glorie. martiris victoriam ducamus ad memoriam

Aſſunt ſacra ſolemnia. quibus docet eccleſia. qua ſit virtute preditus lambertus martir inclitus

Inuictus in certamine athleta criſti nomine. fidem ſinceram tenuit. ⁊ caritate micuit.

Crimen pippini prohibens curam ſolerter adhibēs. inceſtus damnat nuptias vere ſaluti noxias

num) .i. canticuz laudis (gratie) .i. s^c q̄ gratia dei nos donat. vel (gratie) .i. gratificatōis ſiue gratiarū actiōis (xp̄o qui eſt rex glorie) .i. celeſtis leticie ⁊ beatitudinis (⁊ ducamus) .i. reuocemꝰ (victoriā martirꝫ) lamberti (ad memoriā) noſtrā. reuoluendo ⁊ repetēdo vitam et innocentē mortē iuſtiſſimi viri. ¶ Nūc ibi

Aſſunt ſacra (ſacra ſolēnia) feſta (aſſunt) .i. preſentia ſunt in (quibꝰ eccleſia) catholica (docet) .i. p̄dicat (qua virtute inclitus) .i. inſignis et notabilis (martir lambertus ſit preditus) .i. ornatus Item ſolēnia tm̄ eſt plr̄is numeri. ⁊ dicuntur ſacra que ad honorē dei ⁊ ſanctoꝝ certis tꝑibꝰ fiunt. Inclytus in ſcd̄a ſyllaba ꝑ y grecū ſcribitur. ⁊ ſ̄cat idem qd̄ nobilis. eximius clarus ⁊ precipuus Nunc ibi. Inuictus. Hic exprimitur v̄tus qua preditꝰ fuit btūs Lambertus in verſu precedente. Quia (inuictus athleta) .i. inſuperabilis pugil ſiue pugnator (in certamine) paſſionis ſue (noīe xp̄i) .i. ꝓpter xp̄m. ⁊ ꝓpter veritatē que xp̄s eſt. quā ipſe ꝯſtanter docuit et affirmauit. quare interemptus fuit. ſicut dicet verſus ſequens (rennuit ſincerā fidē) .i. purā integrā ⁊ impꝑmixtam aliqua heretica ꝑuitate (⁊ micuit) reſplenduit vel clarus fuit (caritate) .ſ. ad deū ⁊ ꝓximū. Nūc ibi. Crimen puppini Hic ſingularizatur illud in q̄ inuictitudo ſua ⁊ alia merita beati viri ꝑncipaliter claruerūt. Et eſt occaſio interfectōis ſue. Pro cuius intellecto ſciendū eſt ꝙ btūs lambertꝰ increpauit pippinū regem francoꝝ de meretrice quadā quā tenebat Cuiꝰ rei occaſione dodo meretricis frates congregato exercitu domū epiſcopi circūquaqꝫ obſedit. Beatꝰ v̄o lambertus ꝑ puerū quendā auiſatꝰ deliberauit nō manu forti ſe defendere velle. ſed potius ꝓ veritate moriēdo triūphare. Et ſic impij irruētes in eū in orōne proſtratū interimerūt. Hoc vult dicere v̄ſus iſte Beatus ergo lambertꝰ (prohibens crimen pippini) regis francie cū meretrice (adhi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

dans curā ſolerter).i.dans operam diligenter (damnat).i. culpat ⁊ arguit(nuptias inceſtus).i.adulterij.vel in alijs libris(inceſtas).i.nō rite factas ſʒ ꝓhibitas ⁊(noxias).i.nociuas(ve ſaluti).i.ad verā ſalutē. Inceſtus us ꝓprie dr̄ coitus cū ſanguinea vł ſancta vel ſancti moniali. ſed hic pro adulterio ponit̄ Pippinus em̄ vxorem legittimā habuit ⁊ ſuper hoc cū meretrice ſe ꝯmiſcuit. Vn̄ inceſtuoſus qḋ adulter dici poteſt. Adulteriū em̄ ꝯmittit̄ cum cōiugato vel coniugata Stuprum ꝯmittitur in vginē. vel etiā in viduaʒ honeſtā. Dicitur etiā inceſtus a um .i. pollutus non rite factus.ſed cōtra ꝓhibitionē iuris et eccleſie. Nūc ibi. Hinc vt ſumatur Iſte verſus coheret p̄cedenti.quia em̄ ſanctus Lambertur arguit pippinū de adulterio cū meretrice p̄dicta.ergo fecit dodo frater meretricꝫ vt hic ſequit̄. vn̄ (preſul).i.epiſcopus lambertus (datur ſupplicio).i. in ſuppliciū mortꝭ (vt vltio).i. vindicta (ſumatur hinc).i. de hac renarrata in precedenti verſu Et beatus lambertus(ſuffert).i.patitur(alacriter).i.lete vel fortiter(penam) mortis(quaʒ) mortem (cauſa) ſcʒ veritas ⁊ iuſticia quā defendebat(placat).i.ꝯtentat mitigat remunerat (iugiter).i. ꝑpetuo qr exinde obtinuit vitā ſempiternā in retributionē a domino deo Itē ſuppliciū a ſupplicare venit.qḋ eſt ꝓprie plicare genu ⁊ ceruitiū ꝓut in rogando fieri ſolet.⁊ ſic ꝓ rogare ſiue petere cū tali geſtu ponitur Quare ſuppliciū proprie p̄catio dicitur. ſed qr in pena ſumenda etiam precatio quādoqʒ interuenit pro pena ipſa tranſſumitur.eo modo quo triumphus quod eſt honor ob victoriam illatus poni inuenitur pro ipſa victoria propter quam fit triumphus

Hinc vt ſumatur vltio: preſul datur ſupplicio: penam ſuffert alacriter. q̄ꝫ placat cauſa iugiter.

Decus ſacrati nominis. vitam q̄ꝫ nomen exprimit. hoc te decorum predicat crucis beate gloria

Decus ſacrati. Ad ſanctum andream apoſtolū dirigit̄ hic hymnus In quo autor thema ſumit ab interp̄tatione nomīs andreas. illam adducens ꝑ laudem ſancte crucis.in qua ſanctus andreas trāſuerſaliter affixus mortem paſſus eſt Dem̄ ibi. Iam nos faueto. orōnem facit ad ſanctū Andream Dicit ergo ꝓmo ſic. O andrea (nomen) tuū ſcʒ andreas(exprimit).i.dicit ſignificat vel importat(decus).i.honorem(ſacrati nominis).i.ſancte ⁊ bone fame(qʒ) ꝓ et(vitam) bonā. Vnde andreas interp̄tatur decorus qualis fuit in vita ſua.⁊ vt nomen conueniat aptiꝰ rei ſignificate ꝑ ſanctā crucē ſacratū eſt.quia in ea ipſe obtinuit vt merito decorus diceretur. Unde ſequitur(gloria).i.honor(beate crucis)in qua tu pependiſti(predicat).i.dicit(te decorū).i.pulchrum(hoc)nomine. Itē decus dicit̄ honor ſiue honorificentia ex rebꝰ bene geſtis impenſa Decor eſt pulchritudo rei vel pſone Etiā honeſtas dr̄ ſi ad virtutem referatur. ¶ Tunc ibi Andrea chriſti. O(andrea apoſtoli chriſti.) id eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

o nuncie filij dei. Apoſtolus grecū vocabulū dicitur latine nuncius vel miſſus. tu (idez ſignaris) .i. interp̄taris (iam hoc ipſo vocabulo) .i. hoc noīe andreas (miſtice) .i. miſterialiter (iſto noīe decorus) q̄ȝ andreas interp̄tatur decorus. Item miſteriū prima cuȝ greco y dicit̄ honor funebris. vel archanū. vel allegorica ⁊ ſpiritualis ſ̄catio. Iñ miſticus a um. i.

Andrea criſti apoſtole hoc ipſo iam vocabulo ſignaris iſto nomine decorus idem miſtice

Quē crux ad alta ꝑuehit. crux quem beata diligit cui crux amara preparat lucis futura gaudia

In te crucis miſterium cluit gemello ſtigmate. dum probra vincis per crucem. crucisq̄ȝ pandis ſanguinem

allegoricus vel interp̄tatiuus ſpiritualiter. Nūc ibi Quem crux.

Iſte verſus dt in quo reſedet ille decor a quo ſanctus andreas decor⁹ recte appellet̄. ſic (queȝ) andream (crux prouehit) id ē leuat ⁊ erigit (ad alta. i. in aera. vel (ad alta id eſt ad altos honores in celis apud deū. et in terris apud hoīes (queȝ beata crux diligit) amat. Ipſe eīm audacter ⁊ conſtāter gloriam beate crucis predicauit. quare merito crux ſiue xp̄us crucifixus dilexit ip̄m. Unde ⁊ andreas mirabiliter dilexit crucem. q̄ȝ dixit o ſancta crux amator tu⁹ ſemp̄ fui. ⁊ deſideraui te amplecti o bona crux. et ſic hic fuit mutuus ⁊ reciprocus amor. q̄ verus amor dicit̄. Male eīm amat q̄ non redamat̄ (cui) andree (amara crux p̄parat) .i. diſponit vel obtinere facit (futura gaudia lucis) ſcȝ celeſtis. Crux dicit̄ amara. quia penalis plurimū ⁊ ignominioſa fuerat Non eīm erat illo tēpore ignominioſus ⁊ turpius genus mortis q̄ȝ per crucem. quare etiam beato Petro vt extraneo dabatur crux. ſed beato Paulo tanq̄ȝ ciui rhomano dabat̄ gladius. ¶ Tunc ibi. In te crucis Expreſſus tangitur hic ⁊ declaretur decor ſancte crucis in beato andrea. quia (miſterium) id eſt honor ⁊ gloria (crucis cluit) id eſt apparet Et venit a verbo cluo is ere. id eſt defendere et ſplendere vel apparere (in te) andrea (gemello ſtigmate) id eſt duplici cycatrice vel ſigno relicto in te. Primum ſtigma eſt (dum) pro quādo tu (vincis) id eſt ſuparas (probra) id eſt improperia et contumelias (per crucem) id eſt per mortem crucis. quia mors finis maloruȝ eſt Secundum ſtigma eſt (q̄ȝ) pro et (pandis) id eſt aperis vel effundis (ſanguinem crucis) id eſt tu facis crucē ſanguine tuo manare. ſicut ſanguine xp̄i magiſtri tui in ipſa pendentis manauit ⁊ rubefacta fuit.

¶ Item ſtigma atic. id eſt cycatrix Unde de beato Francisco dicit̄ q᷑ habuerit ſtigmata quinq̄ȝ vulnerum xp̄i in corpore ſuo. Et ad Galathas ſexto habetur. Ego eīm ſtigmata dn̄i iheſu in corpore meo porto. i. cycatrices eius. Item probū. i. dedecus ignominia vel conuicium. Iñ opprobrium ⁊ exprobrium. i. ſcandalum vel improperiū Iñ opprobrare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

et exprobare.id eſt conuiciari vel improperare
Tunc ibi Iam nos Orō eſt ad beatam andreaȝ hoc mō. O andrea
apoſtole xp̄i (foueto).i.refocillato vel iuuato (iā nos languidos).i.infir
mos ꝛ debiles ex defectu bonoꝝ opeꝝ (qȝ) ꝓ et (ſuſcipe) .i. aſſume in te
(curā) .i.cuſtodiam ſiue curationē vł ſanādi opam (noſtri) de nob Fo
uere multa ſ̄t.ſ.nutrire aſpgere ꝯſtituere recreare tueri ꝛc.(quo).i.vt. ꝛ
ſic quo eſt ꝯiunctio cauſalis dicens cām finalem ſicut vt et qui Q̄ȝ aūt
ꝛ quia dicūt cām efficien
tem (petamus).i.acceda
mus nos (patriaȝ celi).i.
regnū celorū. Celum dr̄
domicilium ſiue habita-
cio btōꝝ Et vocaṫ a theo
logis patria.et locus iſte
terreſtrȝ vocatur via.(ꝑ
victoriā crucis).i.quam
habuiſti in cruce de ma-
lis oībꝰ ꝛ incōmodis hu-
ius ſeculi triūphando vt
in verſu p̄cedenti diceba
tur.dū probra vincis per
crucem.

Iam nos foueto languidos. curanqȝ
noſtri ſuſcipe. quo per crucis victoriā
celi petamus patriam

Atherine collaudemus virtu-
tum inſignia. cordis ei preſente
mus ꝛ oris obſequia: vt ſpe certa reſ-
piremus per eius ſuffragia.
Fulta fide katherina iudicem maxen
tium non formidat. lex diuina ſic for-
mat eloquium. q̄ confutat ex doctri-
na doctores gentilium

Atherine collau
demus Hymnꝰ
iſte eſt de beata katheri-
na.Et p̄mo incitat nos ad laudes et obſequia virginis ſancte katherine.
Scd̄o ibi Fulta fide. ꝛ deinceps vſqȝ ibi Huius ergo.recitat hyſtoriam
Et in vltimo v̄ſu noiato iam orōnem facit. Ita exordiṫ.nos xp̄ifideles
(collaudemus).i.ſimul laudemus ꝛ recōmendemus(inſignia) id ē pre
clara ꝛ precipua ornamenta(virtutum) id eſt bonorū operum (kathe-
rine) v̄ginis.ꝛ(preſentemus) id eſt offeramꝰ (ei obſequia) id eſt ſeruitia
(cordis ꝛ oris)noſtri.ꝑfecte videlicet ꝛ intime deuotionis.q̄n cor concor
datori.sᶜ in illū finem(vt reſpiremus).i.reſurgamus. vires reſumamꝰ
vel iterū viuamꝰ ſub(certa ſpe) eterne beatitudinis obtinēde(ꝑ ſuffra
gia).i.ſubſidia dep̄cationis ꝓ nobis apud deum(eius) katherine Iteȝ
obſequi.i.inſeruire vel ꝓ ꝯplacere poniṫ. Vn̄ obſequiū.i.ſeruitiū vł obtē
peratio ad grām ꝛ ꝯplacentiā vn̄. Therentiꝰ. Obſequium amicos veri
tas odiū parit. Suffragiū ꝓprie eſt auxiliū ſiue patrociniū qd̄ preſtat ad
uocatus Et etiam opus dep̄cationis ꝓ aīābꝰ factū. Tūc ibi Fulta fi-
de. Incipit hyſtoria(Katherina fulta).i.ornata.armata.adiuta.ꝓtecta
vel ſuſtentata ſiue ꝯfirmata. Fulcio is ire.i.ornare vel ſuſtinere. vn̄ v̄-
gilius. Atlantis duri cerū q̄ vertice fulcit.hoc eſt ſuſtinet. Suffulcire.i.
iuuare vel ſuſtentare(fide).i.ꝑ fidem catholicā (non formidat).i. non
timet(iudiceȝ maxentiū).i.impatorē.qui oēs circūquaqȝ ad alexandriā
ꝯuocauit ad immolandū dijs ꝛc. videaṫ hyſtoria(lex diuina) q̄ edoc-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

ta fuit. vel id eſt celeſtis gratia(ſic format eloquiū).i. ſermonez ſeu eloquentiā virginis katherine qn̄ diſputabat in preſentia maxentij iudicis cū doctoribꝰ per cū ꝯuocatis (ꝙ ꝯfutat).i.ꝯfundit ⁊ vincit(doctores gētilium).i. infidelium (ex doctrina) eoꝝ ſcz ꝑncipijs pħie. Confutare.i. confundere refutare ſpernere vel reicere.

Victi chriſtū cōfitentur relictis erroribꝰ: iudex iubet vt crementur. nec pilis nec veſtibus nocet iguis. ſed torrētur inuſtis corporibꝰ. Velut aurum qđ probauit fornacis aduſtio. nam quos foris conſeruauit chriſtus ab incendio· coxit intus et purgauit fides et ꝯfeſſio. Poſt hec blandis rex molitur virginem ſeducere. nec ꝓmiſſis emolitur. nec terretur verbere. cōpeditur cuſtoditur tetro clauſa carcere

¶ Tunc ibi. (Victi chriſtum) Doctores ꝑtacti (victi) ꝑ beataz katherinā(ꝯfitent̄ chriſtū)in eū credendo (errorībꝰ) gentilitatis ſue (relictis).i. poſtpoſitis. quare ꝯmotus maxētius (iudex iubet vt crementur) id eſt ꝯburent̄ Et factū eſt miraculū. qꝛ(ignis nec nocet)non(pilis).i.crinibꝰ (nec feſtibꝰ) ꝑ ꝑſeruatione dei (ſed torrentur).i. voluuntur ⁊ vertuntur igne(corporibꝰ) eoꝝ(inuſtis).i. nō cōbuſtis. ita ꝙ mortui ſunt ex hmōi ꝯcrematōe. ſed ad extra nō apparuit. qꝛ igne conſumpto corpora illeſa inuenta ſunt. et ſic depoſt ſepeliuntur. Torrere ƀcat vertere aſſanda apud ignē. vel rapide voluere aquā. Vn̄ torrens.i.aqua impetuoſe fluens. vel ƀcat cremare. vt ibi. In ara crucis torridū.i.crematū In ꝑma ƀcatōe videt̄ hic poni. vel etiā in tercia ſi ad interiora referat̄ ¶ Tunc ibi.(Velut aurū) Comparationem facit iſte verſus. Et dicit(nam) pro qꝛ(fides) ſuſcepta (coxit intus).i.ab intra(et ꝯfeſſio) erroꝝ ſuoꝝ. ⁊ peccatoꝝ(purgauit).i.emūdauit illos doctores(quos) xp̄s(ꝯſeruauit).i.cuſtodiuit(foris).i.ab extra (ab incendio).i.ignis leſione(velut).i.ſicut (aurum.qđ aduſtio) ignis (fornacis ꝓbauit).i.examinauit ⁊ depurauit. Sicut em̄ ignis ſeparat ⁊ depurat oēm aliam minerā ab auro nihil auri conſumēdo. ita ignis iſte depurauit et ſeparauit oēm peccati ſcoriā et gentilitatis errorem. fide et ꝯfeſſione accedentibꝰ ⁊c. Aliter ꝑt ordinari iſta ꝯſtructio ſic(ſed torrentur).i.cremant̄.ſ.ad intra(inuſtis corꝑibꝰ).ſ.ad extra (velut aurū) ⁊c. et ſic melius ꝯcordat cū verſu ꝑcedenti ¶ Tunc ibi. Poſt hec(Poſt hec) que dicta ſūt.qꝛ non potuit proficere(rex molit̄).i.laborat et conatur(ſeducere).i.a fide abducere(ꝟginē) katherinā(blandis).i.dulcibꝰ ꝟbis(nec emollit̄).i.nec mollior fit. ſeu inducit̄ ad ꝯſentiendū regi (ꝓmiſſis).i.ꝓmiſſionibꝰ regis(nec).i.etiā non(terret̄ ꝟbere).i.verberibꝰ qꝛ ſcorpionibꝰ ceſa fuit Ecce tres vias quibꝰ erat rex aggreſſus ꝟginem katherinam.ſ.blandicijs.ꝓmiſſionibꝰ.⁊ verberibꝰ. Et qꝛ poſt oīa iſta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Adhuc cōſentire recuſauit (compeditur) id eſt ꝯpedibꝰ claudit᷑ ⁊ ligatur et (cuſtoditur) ſcꝫ per famulos regis (clauſa) id eſt recluſa in (tetro carcere) .ſ. fedo ⁊ obſcuro. Moliri .i. conari. molere eſt grana terere ſiue frāgere. Mollire. id eſt mollificare. Tetrum dicitur qđ eſt fetidum. amarū impium. obſcurum . et in alijs qualitatibus ſemper ad malam partem pro conditione materie trahitur ſignificandam.

Hinc rex furit et tabeſcit. nec intra cor capitur. ꝙ nox ibi noctē neſcit nox in diem vertitur. ſoli turba multa creſcit. ieiuna reficitur

Clauſe lumē ne claudatur elucet porphirio. qui regine federatur fidei collegio. quorum fidem imitatur ducentena concio

Tunc ibi. Hinc rex furit (Hinc) id eſt poſt hoc (rex) ſcꝫ maxentius (furit et tabeſcit) id eſt in animo ꝑturbatur et conſternitur Item tabes ē putredo de corpore fluens. Inde tabeo eſ ere. id eſt tabidum et fetidum eſſe. Inde tabeſcere verbuꝫ inchoatiuum pro eodem. ſed ſi ad animam referatur ꝑturbatio dicitur. Tabes etiaꝫ extrema macies eſt. quia poſt longum fluxum ſaniei corpus ad extremā tabem. id ē maciem peruenit. quaſi nō ſit vlterior materia ſaniei procreande relicta (nec intra cor) ſuū (capitur) id eſt intelligitur (ꝙ nox neſcit ibi) in carcere (noctem) id eſt obſcuritatem. quia (nox vertitur in diem quia celeſti lumine carcer illuminabatur a dn̄o deo. et (multa turba) .ſ. angeloꝝ apparentiū ibidem (creſcit ſoli) id eſt ſolitarie ꝟgini katherine et etiā (ieiuna reficitur) .i. cibatur alitur per colūbam candidam que de celo eſcam ibi portauit Iuſſit em̄ iudex vt per duodecim dies fame. cruciaretur. ſed interim refecta eſt vt hic dicitur.

¶ Tunc ibi (Clauſe lumen) Pro intellectu notandū ꝙ rex alijs negotijs impeditus habuit aliquid recedere a loco. Interim regina cū porphirio ducem militie amore virginis viſitande media nocte carcerē intrauit. et vidit carcerem magna claritate illuminatum atqꝫ angelos vulnera ſua perungentes. quos katherina poſt lougā p̄dicationē ad fidem cōuertit et cum eis ducentos de familia regis. qui omnes ꝑ regem carnificati ſunt. ſicut hiſtoria longius narrat Hoc dicit iſte verſus qui ſic exponit᷑ (ne lumen) ſcꝫ celeſte (claudatur clauſe) katherine. in teſtimonium veritatis illius rei ⁊ miraculi oſtenſionem (elucet) etiaꝫ (prophirio. qui federat᷑) .i. concordat᷑ ⁊ ꝯiūgitur (regine. collegio) id eſt ſocietati (fidei) quia omnes ſimul fidem receperūt (quoꝝ) .ſ. porphirij ⁊ regine (fidem ducentena concio) id eſt ducentorum militum multitudo (imitatur) id eſt ſequitur. College em̄ dicuntur duo vel plures ad vnū negocium deputati. ⁊ ſic tales dicūtur vniꝰ poteſtatis quaſi pariter electi. Inde dicitur collegium .i. talis ſocietas. Concio dicitur multitudo populi congregata. Dicit᷑ etiā illa oratio quā orator facit ad congregationem

¶ Tunc ibi (Huius ergo) Finaliter ad verſum p̄cedentem annectitur oratio. dicens (ergo) nos (ſuperemus vim) .i. amaritudinē et duriciem (humane paſſionis) .i. quam homines nobis inferre poſſunt (pari patiētia) .i. ſimili ꝛ ꝯcordi ꝯſtātia) .i. vnanimi pſeuerātia (hui⁹ concionis) p̄dicte (vt letemur cū bonis in glīa) celeſtiū. q̄ſi diceret. Sicut dicta concio ſua conſtantia et patientia humana tormenta ſuperauit. et eterna gaudia ꝑ hoc obtinuit. ita ſil'iter cōcedat nobis deus. vt ſic faciam⁹

Huius ergo concionis concordi conſtātia. vim humane paſſionis pari patientia ſuperemus vt cum bonis letemur in gloria. Amen

Ante dei precioſe prothomartyr ſtephane. qui virtute charitatis circumfulſus vndiqꝫ. dominum pro inimico exoraſti populo

Funde preces pro deuoto tibi nunc collegio vt tua propiciatus interuentu dominus nos purgatos a peccatis iungat celi ciuibus

Gloria et honor deo vſquequo altiſſimo. etcetera:

(Sancte dei) preſens hymn⁹ cōtinet orationem ad beatū ſtephanū in duob⁹ ꝟſib⁹ qui ſibi ꝯdependent Et in vltimo dꝛ gloria ſancte trinitati, Dicens. O (ſancte ſtephane p̄cioſe) id eſt glorioſe (prothomartyr dei) .i. ꝑme martyr Sāct⁹ eīn ſtephanus fuit primus martyr poſt paſſionē dn̄i et aſcenſionē eiuſdem qꝛ eodē anno tercia die menſis auguſti (qui circūfuſſus) .i. circūornatus (virtute charitatis) diuini amoris (vndiqꝫ) ex oīni pte (exoraſti dominū ꝓ inimico pplo) .i. pro te lapidantib⁹. inter quos fuit ſaulus. q̄ ex hac orōne poſtea ꝑ dominū conuerſus eſt. Et ita bene dicit̄ exoraſti .i. induxiſti orone tua dominū. vt tibi in petitiōe tua cōdeſcenderet ſicut in ſaulo fecit Actuum ix. Item dr̄n̄t exorare et orare. qꝛ orare eſt ſimpliciter rogare. ſed exorare ē rogare et impetrare ſiue negādo inducere. nihilominus planius ſtat hic pro orare. Item q̄ beatus ſtephanus pro inimicis ſuis orauit. habetur Actuū. vij. vbi dꝛ. Poſitis aūt genub⁹ clamauit voce magne dicēs. domine ne ſtatuas illis hoc peccatū In quo claruit magna perfectio caritatis. nobis in exemplum vt ſimile faciamus.

¶ Tunc ibi (Funde preces) Hic perficitur ſentētia prioris ꝟſus O ſtephane qui exoraſti ꝛc. (funde nunc preces pro collegio) id ē. ſocietate (deuoto tibi) dedito ꝛ dedicato ſupplicanti (vt dominus ꝓpiciatus) .i. ꝓpicius factus ſiue reconciliatus (tuo interuentu) ꝑ tuā interceſſionē (iūgat ciuib⁹ celi nos purgatos a peccatis) noſtris. ¶ Tunc ibi (Gloria) Require ſupra in hymno Luſtra ſex ꝛc. qꝛ ibi expoſitus eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Reco preclarus ſacer et ꝓpheta regis eterni paranymphꝰ almi. voxqꝫ clamantis: dño potẽter dirige callem. Qui redemptorem digito notaſti. rite tollentẽ ſcelus oĩe mundi. intimans agnum pietate cũctũ ſoluere mũdũ. Angelus cũ tu vocitaris alti. iura formantez flagita tonantem quatenus ſanctis ſociemur aſtris arce polorum

Reco. Hymnus iſte ad ſanctum iohãnem baptiſtam dicit̃. ⁊ eſt oratio quedã ad eũ. cuius ſententia ꝑmo ꝯpletur in tercio verſu Primus em̃ ỽſus ntm̃ hꝫ. ſecũdus relatiuũ ꝑ implicationẽ. tercius ỽbum. ⁊ ſic tandem reſultat vna euocatio. Et in vltimo verſu petit̃ idez a ſcã trinitate. Primꝰ ỽſus ꝯtinet diuerſa nomĩa iohannis baptiſte. Dicit ſic Tu (ꝑclarus preco) id ẽ notabils nũcius ſiue proclamator (et ſacer ꝓpheta) vt ibi. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis (paranymphꝰ) p̃curſor (almi eterni regis) id ẽ chriſti almi ab alendo. quia nos alit Paranymphꝰ grece dr ꝓnubus vł auſpex latine. qui ſcꝫ de nuptijs auſpiciũ capiebat. ex ꝑte viri ad hoc datus et exhibitus. Pronubꝰ ex ꝑte mulieris. Sed qꝛ hmõi auſpicia chriſtiana religio nõ recipit. ſacerdos ſic dici p̃t qui in locũ auſpicioris alia officia facit. Hic p̃curſor dici p̃t (qꝫ) et (vox clamãtis) in deſerto (dirige) .i. para (dño callem) .i. viã (potẽter) cũ potentia. ſicut dicit̃ Eſaie. xl. Ego vox clamãtis in deſerto parate viã dñi rectas facite ſemitas eiꝰ Et habetur recitatiue Johis ꝑ°. Marci ꝑ° Math. iij. Lu. iij. In p̃dictis nomibꝰ ſ̃cant̃ diuerſa merita beati iohis baptiſte. qꝛ in precone ꝑrogatiua p̃dicatõis. In ꝓpheta p̃rogatiua cognitõis. In p̃curſore ꝑparatoris In voce humilitatis. Et in angelo p̃rogatiua ỽginitatis. quibꝰ omibꝰ ſanctus iohãnes clarus fuit. ⁊ ob id merito dictis noibꝰ noiatur ¶ Tũc ibi. Qui redẽptorẽ (Qui notaſti) .i. mõſtraſti (redemptorem) ſcꝫ ieſum (digito) tuo dicẽs. Ecce agnꝰ dei ⁊c. Johis ꝑmo (tollentez) .i. auferentẽ (rite) .i. bñ (oĩe pctm̃ mũdi) .i. pctm̃ hominũ de mundo. per metonomiã ꝯtinẽs ꝓ ꝯtento. Et qꝛ agnus pius ẽ (intimans) .i. ſ̃cans (agnũ) ſcꝫ ieſum (ſoluere) .i. liberare (cũctũ) .i. totũ (mũdũ. ſua pietate) id ẽ miſericordia. ¶ Tũc ibi (Angelꝰ) Nũc ꝑficit̃ ſm̃a hꝫ mõ (cũ) .i. quia (tu p̃co p̃clarus q̃ notaſti ⁊c.) vocitaris (angelꝰ) .i. nũciꝰ (alti) .i. excelſi dei. vt ibi. Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã ⁊c. Hic venit oratio (flagita) id eſt ora (tonantem) ſcꝫ iouem ſummũ deũ (formantẽ) .i. ꝯſtituentẽ (iura) .ſ. naturalia. poſitiua. ⁊ diuina (quatenꝰ) vt ſociemur ſanctis aſtris) id eſt electis dei. in (arce) id eſt in ſummitate (poloꝝ) id ẽ celoꝝ. Flagitare eſt vehementer ⁊ plus q̃ꝫ poſtulare. qđ eſt exigere et rẽ quaſi debitam pro meritis petere. Item quatenus ſignificat vt vł quoniam. vel in q̃tum. vel pro qua re ⁊c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

¶ Tunc ibi. Hoc quocūqз. Idem fit hic ad ſanctā trinitatem q̄d in verſu p̄cedente ad iohānem (qз) p̄ ⁊ nos (p̄camur) .i. rogamus o (tu ſupne genitor) .i. pr̄ in diuinis (preſta hoc) q̄d dictū eſt. et o tu (nate ſupni) .i. o fili dei altiſſimi (dator ac redemptor (preſta hoc) Et etiaз o tu ſpūs rector tribue) hoc (per omne euū) .i. ſemp̄ Amen

Hocqз tu preſta genitor ſuperne. nate ſuperni dator ac redemptor. ſpirit⁹ rector tribue precamur omne per euū Amen

Ratres vnanimes federe nexili. mecum participes luminis annui. quo ſolis hodie fulminat orbita. martini reuehens feſta celebria

Cantemus pariter carmem amabile martini meritis: opido nobili clerus cum populo cōſonet organo. grandi nam volupe eſt pſallere gaudio

Ratres vnanimes Ad laudē bti martini epiſcopi iſte hymnus decātatur In quo autor primo inuitat nos vna ſecū cantare ſancto martino. Secundo ponit cauſam quare id merito faciem⁹ ſubdens merita et virtutes p̄clari viri. ibi. Martin⁹ qm̄. Tercio ꝯcludit merito btō viro eſſe pſallendū. ipſi ꝯdeſcendendo in eo q̄d approbat vel improbat. petendo finalr̄ a xp̄o vt beat⁹ martinus ꝓſpera faciat noſtra tempora. ibi. His nos ſubſidijs Primus verſus depēdet ad ſecundū. ⁊ ibi ſententia ꝑficitur Exponitur ergo ſic. O (fratres) nos (vnanimes) .i. ꝯcordes (nexili federe) id eſt ꝯnexa vnione ſacre fidei Nexile em̄ dr̄ q̄d nexum eſt. ſicut tinctile quod tinctum eſt (participes) .i. ꝑticipātes (mecum) .ſ. cum autore preſentis hymni (annui luminis) .i. ſingulis annis illucetis (quo) lumine (orbita id ē reuolutio vel tranſitus (ſolis reuehens) .i. reducens (celebria feſta martini) epiſcopi (fulminat) .i. choruſcat vel refulget (hodie) .i. hac die Quid ſit orbita dictū eſt in hymno Votiua cūctis. Quaſi diceret vos fratres in vna fide concordes ac religione. qui mecū gaudetis de annuo lumine p̄ñtis diei feſti ſancti martini nūc reuoluti. Cantemus ⁊c. ita vt ſit ꝯceptio ꝑſonaꝝ indirecta ſic. vos cum me cātemus. ſicut tu cū me debemus. ponendo ꝑſonā ꝯcipientē in ablatiuo. ¶ Tunc ibi Cantem⁹ pariter. Nos xp̄iani (cātemus pariter) .i. ſimul (amabile carmē) .i. dulce et delectabile canticū ſup̄ (meritis martini) epiſcopi. ymmo q̄d maius eſt (clerus cū populo) .i. doctus cum indocto (ꝯſonet) .i. canat (opido) .i. valde. ⁊ eſt media ꝓducta (nobili organo) .i. bene apto .ſ. puro corde. Cauſam reddit (nam pſallere) .i. cātare (grandi gaudio) .i. magna leticia ad honorem beati martini (eſt volupe) id ē delectabile et voluptuoſum. q² pium eſt ꝯgaudere martino. ¶ Tunc ibi. Martinus qm̄

Hic dat cauſam quare pſallandũ et cantandũ eſt ſancto martino. Unde volupe eſt pſallere ⁊c. (quoniã martinus attendit) .i. aſpicit ⁊ grata recipit (vota) .i. deſideria (fidelium) .i. deuotoꝝ ſuoꝝ (tribuens) .i. donans (cũcta ſalubria) .i. ſalutaria ipſis. que ſcȝ ab eo deſiderant. vel ſi habeãt (accẽdit) .i. ardere facit ⁊ aſcendere corã deo. ita vt accepta ſint apõ deũ

Martinus quoniam vota fideliũ attendit. tribuens cuncta ſalubria. confert hic famulis rite canentibus ſtellis aureola ſerta micantibus

Cunctis candelabrum luminis extitit a multis tenebras et expulit. virtutum ſtatuit creſcere germina. in quorum fuerant pectore crimina:

His nos ſubſidijs vndiqȝ prediti pãgamus proprio cantica preſuli. laudemus parili voce qđ approbat: dãnemus vigili mente quod improbat

Et (confert) .i. cõcedit (famulis) ſuis (canentibus) eidem (hic) .i. in hoc mundo vel in hoc tpe (rite) .i. debite (aureola ſerta) .i. aureas coronas cuȝ (ſtellis micantibus) id ẽ cum choruſcantibus lapidibꝰ celeſtis claritatis. Aurcolus a um .i. aureus. Inde aureola .i. aurea corona. que a deo cõfertur martiribus doctoribus ⁊ virginibus in ſignum ſpecialis meriti et prerogatiue. Sertũ eñ dicit corona de floribꝰ facta virginibus imponi ſolita. vñ Virgilius. Serta procul capiti tantum delapſa iacebunt

¶ Tunc ibi. Cunctis candelabrũ Hic ponit plura merita beati martini dicẽs. Martinus (extitit) .i. fuit (cũctis hominibꝰ ſuo tpe exiſtentibus (candelabrũ luminis) .i. exemplum bone vite. vt patet in euãgelio Sic luceat lux veſtra coram hominibꝰ vt videant opa veſtra bona. et glorificent patrem veſtruȝ qui in celis eſt) et expulit a multꝭ) hominibꝰ (tenebras mortis) .i. peccata quoꝝ ſtipendiũ eſt mors. hoc eſt eterna damnatio. per ſuam doctrinã ⁊ ſuã ſanctã conuerſationem (ſtatuit germina) .i. fructus pmo pullulãtes (virtutũ) .i. bonoꝝ operũ (creſcere) in illis (in quoꝝ pectore) .i. corde (crimina) .i. pctã (fuerant) quia tales per ſuaȝ ſanctam ꝯuerſatõem ad fidem conuertit ⁊ ad rectam viam ¶ Tũc ibi His nos ſubſidijs Concludit ex p̄dictis. Ergo (nos prediti his ſubſidijs) .i. habẽtes dcã ſubſidia beati martini. Uel prediti) .i. ornati vel armati (vndiqȝ) .i. ab omni pte (pangamus) id eſt cantemus (proprio preſuli) .i. ꝓprio epiſcopo noſtro martino cantica) .i. carmina. Et ſic (laudemꝰ parili voce) .i. vno ⁊ codẽ ꝯſenſu illud (qđ) ipe (approbat) .i. laudat. vt eſt bonũ ſiue virtꝰ ⁊ (damnemꝰ) .i. reprobemꝰ (vigili mente) .i. corde vigilanti id (quod) ipſe (improbat) id eſt reprobat ⁊ arguit. ſicut eſt malum ſiue peccatũ. quaſi diceret proſeqmur cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

ipſo bona.⁊ fugiamus ſilr mala cum ipſo. ¶ Tunc ibi Martinū precibꝰ Rogatio eſt hoc mō(gens gallica).i.populus francie(ſollicitet modo) .i.ſollicite aggrediat̄ ⁊ pulſet nunc(martinū dignis precibꝰ).i.debitis et congruis orōbꝰ(qꝫ)ꝓ et(noſtra patria).i.noſtra dyoceſis ſcꝫ traiectenſis vel ſilr̄is vbi canit̄ hic hymnꝰ.etiā ſollicitet ⁊c. ꝙ ſcꝫ (martinus faciat proſpera tēpora) vite noſtre.vt feliciter et quiete viuamus in hoc ſeculo. Finalit̄ glorificat chriſtum dicens (o xp̄e ſalꝰ mundi).i.redemptor vel ſaluator(gloria).i.honor (ſit tibi) Amen

Martinum precibus gens modo gallica dignis ſollicitet. noſtraqꝫ patria martinus faciat tēpora proſpera mundi chriſte ſalus o tibi gloria

Salue crux ſancta. ſalue mundi gloria. vera ſpes noſtra. vera ferens gaudia. ſignum ſalutis. ſalus in periculis. vitale lignum vitam portās omnium. Te adorandem. te crucem viuificam in te redempti dulce decus ſeculi. ſemper laudamus. ſemper tibi canimus. per lignum ſerui. per te lignum liberi.

Salue crux.) Ad ſanctā crucem dicit̄ hic hymnus. In quo primo ſalutatur ſancta crux diuerſis nominibꝰ laudatiuis deſignata. Secundo oſtēdit ſanctam crucem adorandā eſſe. ibi. Te adorandā. Tercio ponitur effectus eius. ibi Originale Quarto fit orō ad chriſtum quatenus nos defendat a morbis corpoꝝ et anime. ibi Protege Vltimo laudatur ſancta trinitas. Sic ergo dicit ꝑmus verſus. O (ſctā crux ſalue.i.ſis ſalutata.o(gloria).i.honor(mundi ſalue)que es (noſtra vera ſpes.ferens).i.donās(vera gaudia) ⁊ que es (lignum ſalutis) id ē noſtre redēptionis.⁊ que es(ſalus).i.ſaluatio (in periculis) .i.in neceſſitatibꝰ anguſtijs ⁊ terroribꝰ.qꝛ tunc ſigno crucis noſipſos ſignamus contra dyabolum,ne ſe inmiſceat.ſed vt effuget̄. iuxta illud. Crux fugat omne malum. Periculū a perco is ire.i.diſcrimen ſalutis.ſed a perior verbo antiquo vnde peritus dicitur experimentū Iñ periculū facere.i.experiri(vitale lignū).i.viuificum. quia (portans vitam omniū).ſ. ihm xp̄m.q in ligno crucis pro nobis mortuꝰ.nos per peccatū primi parentis mortuos reuiuificauit. ¶ Tunc ibi Te adorandā. Hic oſtendit ſanctā crucē fore adorandā his verbis. O (dulce decus).i.honor (ſeculi).i. mundi nos(redempti in te).i.ꝑ te crucem(laudamꝰ).i. commēdamus (ſemꝑ te adorandā) .i.dignam adorari.⁊(te viuificā crucem).i.vitā facientē ſiue dantē. Et nos(canimꝰ tibi ſemꝑ)qui prius eramus(ſerui).i. ſeruilis cōditionis(per lignum)oe paradiſi, de cuius fructu contra mā-

datum dei adaz guſtauit. ac per hoc in ſeruitutē redactus eſt. ⁊ a paradyſo expulſus. ſed modo (liberi) id eſt liberati (per te) lignū ſancte crucis. Vñ dt paulus Nos aūt gloriari oportet niſi in cruce domini noſtri iheſu chriſti. in quo eſt ſalus vita et reſurrectio ⁊c. ¶ Tunc ibi Originale crimen Hic ponitur effectus ſancte crucis cum deprecatione ad xp̄m

O (chriſte) ieſu. qui es (necans) .i. delens vł extinguens (originale crimen) .i. peccatū. videlicz ade primi noſtri parentis. in quo originatuz eſt et ab eo in poſteros tranſmiſſum. et ita ineſt toti hūanitati (in cruce) moriēdo in ipſa (mūda nos a priuatis macul') .i. occultis delictis. vel (ꝓuatis malis) id ē a delectis vnicuiqз ꝓprijs. Et breuius ſic. O xp̄e ſicut tu deleſti crimen originale omnib⁹ hominib⁹ qñ pependiſti in cruce. ita ſilr delere velis per virtutez ſancte crucis in nob omnia noſtra ꝓp̄a crimina vel occulta crimina. Et tu (miſeratus fragilem humanitatē) .i. debilem et inconſtantē humanā naturā (dona lapſis) ſc nobis in peccatum (veniam) .i. indulgentiā ⁊ remiſſionē peccatorum (per ſanctā crucem) quā tu ꝓprio corpore tuo ſacraſti ⁊ ꝓpterea in ea multa mirabilia opais

Originale crimen necās in cruce nos a priuatis chriſte munda macul': humanitatem miſeratus fragiliter. per crucem ſanctam lapſis dona veniam.

Protege ſalua benedic. ſanctifica populum cunctum crucis per ſignaculū morbos auerte corporis ⁊ anime: hoc contra ſignum nullum ſtet periculum

Sit deo patri laus in cruce filij. ſit coequalis laus ſancto ſpiritui · ciuibus ſummis gaudium: ſit angelis honor. in mundo crucis exaltatio vel inuentio: Amen

¶ Tunc ibi Protege ſalua. Oratio eſt. O xp̄e (protege. ſalua. benedic ſanctifica cunctum populum) criſtianū (per ſignaculum) .i. ꝑ ſignum ſancte (crucis) Et (auerte) .i. remoue (morbos) .i. infirmitates (corpis et anime) ⁊ ſic tandem (nullum periculū ſtet) .i. ſtare ⁊ durare poſſit. cōtra hoc ſignū) crucis Auerto is ere actiuū .i. remoueo. Sed auertor deponentale .i. ſperno. vñ Boetius Heu heu q̄ ſurda miſeros auertit aure. Tūc ibi. Sit deo patri. Hic laudat ſancta trinitas hoc modo (Laus .i. laudatio (ſit deo patri in cruce filij) ſui. ſ. ieſu xp̄i domini noſtri (coeq̄lis laus) .i. ſimilis gloria (ſit ſpiritui ſancto) .i. ꝑaclito. ⁊ (gaudium) id ē leticia et exultatio (ſit angelis ſummis ciuib⁹) .i. celeſtib⁹ incolis. ⁊ (exaltatio) .i. ſublimatio vel (inuentio) .i. repertio (crucis) ſancte. q2 duo ſūt feſta. ſit (honor) id eſt reuerentia (in mundo) q2 totus mundus gaudz et exultat in ſolemnitate ſancte crucis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Remigius preſul. Iſtud eſt carmē heroycuz qđ loco hymni dr de ſcō. Remigio remenſis eccleſie archiepiſcopo Iſte beatꝰ remigius regē ⁊ gentē francoꝝ ad fidem cōuertit. ſicut tangit hec pma ps Et claruit miracul'. multꝫ remedia pſtādo. ſicut dt ps ſcđa. Qui vt nobis ſilr ſubueniat petit ps tercia. Partes patebūt in pceſſu. Dicit primo ſic (Remigiꝰ preſul) .i. epiſcopus (venuſtus) .i. pulcher vel decorus (meritis) .i. vtutibꝰ (ortuqꝫ) .i. origine parētum. Venuſtus dr a venere .i. pulcher ſuauis vl' decorus (peperit) .i. pcurauit predicationibꝰ ſuis (dn̄o frācoꝝ) .i. regi francie clodoneo (gentez luculentā) .i. pulchrā ⁊ fulgidam luce ſacre fidei. q̄ ſanctus Remigius hanc gentē illuſtrauit Luculentū dr pulchrū bonum perſpicuū a luce. hic ponitur pma breui. vix p̄t excuſari. cum lux lucis ſit prima longa. ¶ Tunc ibi. Remediū preſtās ſupple beatus remigius (preſtās precibus miſeroꝝ) .i. hoīm defectuoſorum (magnū remediū) .i. auxiliū ⁊ medelaz (hic) remigius exn̄s (pius) .i. benignus (venerandus) .i. honorandus (redolendo) bene olendo (ſacris mēbris) hoc de reliquijs in tumba ſepulchri incluſis intelligi p̄t. qr bene redolebant. ⁊ patientibꝰ remedia ab eis pueneūt Remediū pma breuis eſt. ⁊ hic longa ponit̄. qua autoritate neſcit̄ Apparet ꝙ autor huius hymni plus ſententiā q̄ȝ metri menſurā penſauit. Et ſilr in multis hymnis videbit̄. q̄ ppterea richmi potius q̄ȝ metra appellari merebunt̄ Tunc ibi. Subueniat Oratio eſt que elicitur ex p̄dictis hoc mō Idem remigius qui ſolet preſtare remediū precibꝰ miſeroꝝ (magnificus) .i. glorioſus diuerſis meritis ⁊ vtutibꝰ (ſubueniat nunc) .i. in pn̄ti (quoqꝫ) p etiā (noſtris votis) .i. deſiderijs l' petitionibꝰ (quo) .i. vt mereamur fore ciues) .i. incole ⁊ inhabitatores (eterne patrie) .i. regni celeſtis. quod nobis tribuat qui nunc ſuper omnia regnat. AMEN

Remigius preſul meritis ortuqꝫ venuſtus. Francorū domino gentez peperit luculentam
Remedium preſtans magnū precibꝰ miſerorum. Hic membris redolendo ſacris pius ac venerandus
Subueniat nunc magnificus noſtris quoqꝫ votis Eterne patrie ciues fore quo mereamur.

¶ Hymnarius cum bona expoſitione notabiliqꝫ cōmento magna cuz diligentia correctus. cum q̄ȝ pluribꝰ alijs hymnis prius non additis elaboratiſſime. Delf impreſſus. per me Chriſtianum Snellaert. Anno domini. M.CCCC.Xcvi. die vndecima menſis auguſti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Sequitur tabula hymnoꝝ ſm numerum foliorum

¶ A ſolis ortus fo.xviii
Agnoſcat omne ſeculum fo.liiii
Ales diei nuncius ix
Aurora iam ſpar. xv
Aue maris ſtella xx
Angularis fun. xlvii
Audi benigne xxv
Aurora lucis xxxi
Ad cenam agni xxxii
Aurea luce xxxix
¶ Beata nobis gau. xxxv
¶ Criſte qui lux vi.
Celi deus ſancte xi
Celum choruſcans lv
Conſors pa. ix
Chorus noue xxix
Conditor alme xv
Conſcendit lxix
Criſte redemptor gen. xvii
Criſte ſcoꝝ decus atqꝫ vgi. xxi
Clarum decus xxv
Criſte redẽptor omniũ xliij
Crux fidelis xxix
Corde natus xlviii
Criſte ſanctoꝝ decus an. xli.
Cultor dei memẽto lx
¶ Dicamus omnes xxvi.
Decus ſacrati lxxi
Doctor egregie xxxix
Deus tuorum xlv
Deus creator lvii.
¶ Eterne rerum ij.
Ecce nunc tempus ydo. xxv
Ecce iam noctis iiij
Eterna celi gloria xiij
Ex more docti xxvi
Eterne rex al. xxxiij
Exultet celum xliij
Eterna xp̃i xliii
En gratulemur lxvi
En martiris lxviii
¶ Feſtum nunc celebre xlix
Felix per omnes xxxviij
Sit porta chriſti xlix
Fratres vnanimes lxxiii
¶ Gloria laus lxii
Gaude viſceribus li.
¶ Hoſtis herodes xix
Hymnum canamus lxx
¶ Iam lucis orto iiii.
Immenſe celi viij
Iam xp̃e ſol xxiiii
Iheſu noſtra redẽptio xxxiii
Iam ter quaternis lviii
Iheſus refulſit lvi
Iheſu quadragenarie lix
Iam xp̃s aſtra xxxiiii
Iheſu ſaluator xlii
Inuentor rutuli xlii
Iheſu ſaluator ſeculi lxiiij
Iſte ꝯfeſſor xliii
Iheſu corona xlvi
Inquit poſt hinc xxv
In mariam vite vitam lxv
¶ Katherine lxxii
¶ Lucis creator vi
Lux ecce ſurgit xij
Luſtra ſex qui xix
¶ Magne deus xij
Magno ſalutis lxi
Martiris eccleſie xxii
Martine per apl̃is xliij
Martir dei qui xlvi
¶ Nocte ſurgentes iij.
Nunc ſancte nobis v
Nunc tempus accep. lix
Nox et tenebre x
Nox atra xi.
Nuncium vobis xix
¶ O lux beata xv
O glorioſa domina xxi
O q̃ glorifica luce xxij
O nimis felix xxxvii
O nazarene lx.
¶ Primo dieꝝ oim̃ fo.pmo
Plaſmator hominum xiij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Pange lingua	xxviii	Preco preclarus	lxxiii
Petrus cathe.	xxxviij	Pange lingua glo. cor.	fo. I
Quem terra pontus	xx	Quod chorus vatum	xxiii
Rector potens	v	Rerum deus	v
Rerum creator	x	Rex eterne domine	xxx
Rex xp̄e martini	xlij	Rex glorioſe mar.	xlv
Rex criſte	lxij	Remigius prelul	lxxvi
Somno refectis	vii	Splendor paterne	vii
Summe deus clementie	xiiii	Sanctorum meritis	xliiii
Salue feſta dies	lxiii	Summi largitor	lviii
Sancte dei precioſe	lxxiii	Salue crux	lxxv
Te lucis ante ter.	vi	Telluris ingen. con.	x
Tu trinitas	xiiii	Tibi xp̄e ſplendor	lx
Verbum ſupernum	xvi	Vox clara ecce	xvi
Veni redemptor	xvii	Verbum patris	lxv
Vexilla regis pdeunt	xxviii	Veni creator ſpūs	xxxiiii
Ut queant laxis	xxxvi	Virginis proles	xlvi.
Urbs beata iheruſalem	xlvii	Vita ſanctorum	liiij
Votiua cunctis orbita	lxix		

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Joh[illegible]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Reg. f. Repp 1455*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 78